Dona. in. vi. ꝛ vx. ꝛ de dote. i. de donatiõibꝫ inter viꝝ ꝛ vxorẽ. ꝛ de dote poſt diuortium reſtituenda
Se. nup. i. ſecundis nuptijs

Tituli quinti libri

**Accu. i. accuſationi**bus inquiſitionibꝫ ꝛ denũciationibꝫ
Calum. i. calumniatoribus

# De decretali verſificata

Simo.i.ſimonia.⁊ ne aliq̇d p ſpūalib⁹ exi/gatur vel pmittatur
Ne pla.vi.ſu.i.ne p̄lati vices ſuas vl' eccias annuo cenſu alijs ↄcedant
De magi.i.de magiſtris ⁊ ne aliq̇d exigat᷑ p licentia docendi
Jude.i.iudeis ⁊ ſaracenis ⁊ eoꝝ ſeruis
Here.i.hereticis ⁊ manicheis.
Sciſma.i.ſciſmaticis
Apoſta.i.apoſtatis ⁊ reiterātib⁹ baptiſma
His q̇ fi.oc.i.his q̇ filios occiderūt
Infan.⁊ lang.ex.i.infantibus ⁊ languidis expoſitis
Homici.i.homicidio volūtario vl' caſuali
Tornea.i.torneamētis
Cle.pug.i du.i.cleric̄ pugnātib⁹ ī duello.
Bali.⁊ ſagit.i.baliſtarijs ⁊ ſagittarijs
Adult.i.adulterio ⁊ ſtupro.
Rapto.i.raptorib⁹ incēdiarijs ⁊ violatori/bus eccleſiaꝝ Fur.i.furtis
Uſu.i.vſuris
Cri.fal.i.crimine falſi.
Sortil.i.ſortilegijs.
Collu.dete.i.colluſione detegēda
Delic.pu.i.delictis pueroꝝ
Cle.vena.i.clerico venatore
Cle.pcuſ.i.clerico pcuſſore
Male.i.maledicis
Cle.excō.i.clerico excōicato interdicto vel depoſito miniſtrante
Cle.nō or.i.clerico n̄ ordinato miſtrāte.
Cle.p ſal.p.i.clerico p ſaltū pmoto
Eo q̇ fur.or.ſu.i.eo q̇ furtiue ordīeſ ſuſcepit
Exceſ.p.i.exceſſib⁹ platoꝝ ī ſubditos
No.op.nū.i.noui opis nūciatione
Priuile.i.pulegijs ⁊ exceſſib⁹ pulegiatoꝝ
Pur.ca.i.purgatōe canonica
Pur.vul.i.purgatōe vulgari
Iniu.i.iniurijs ⁊ damno dato.
Pen.id eſt.penis
Pe.⁊ re.i.penitētijs ⁊ remiſſionib⁹
Sen.ex.i.ſentētia excōicatōis
Uer.ſig.i.verboꝝ ſignificatōe
Re.iu.i.regulis iuris

### Hunc premiſſis ru

bricis decretaliū abbreuiat᷑ ⁊ extē/ſis vt eo meli⁹ mēti teneāt᷑.ſequunt᷑ verſus de eiſdē ſm ordinē
Pria ſupma fides ſtatuit.ſcribitq̧ ſeneſcit.
Poſtulat elec⁹ trāſlat⁹ auctor ⁊ vſus.
Inde renūcio ſuppleo trib⁹ q̄z ſcrutor
Ordo reſignat⁹.etas vngitq̧ ſacramen.
Fili⁹ ⁊ ſeru⁹ obnoxius ⁊ viciatus.
Hinc bigam⁹ cler⁹ pegrin⁹ ⁊ archileuita
Archiſacer.pmas ſacrī cuſtos vice fungēs
Delegās legās.iudex ex ordine dict⁹
Judicī officiū maior pax pacta ſequūtur.
Trāſigo poſtulo pcuro vel ſindic⁹ eſto.
Hinc met⁹ integrat.alienat arbitrū dat

### Judicium foruſq̧

libellus mutua poſcens.
Litē ↄteſtans ſine q̇ nō ſuſcipe teſtes
Juro dilatis ferijs ex ordine noſco
Pl⁹ peto de cauſa ſpoliatus reſtituēdus
Eſt dol⁹ eſt miſſus lis pendēs atq̧ ſeq̄ſter
Cōfeſſuſq̧ pbo teſtis teſtes q̄z cogo.
Inſtruo pſumo ius iurās excipīedo.
Preſcribo ſentētio puoco pgoq̧ firmo

### Diuus honor cler⁹

habitans cleruſq̧ iunctus
Nō reſidens dign⁹ eger vel debilitatus
Inſtituo ↄcedendo ne ſede vacante
Et ſine ↄſenſu maior ps nō minuatur
Eccleſie res atq̧ p̄caria cōmodo pono
Uendo loco muto feudū pignuſq̧ cauēdo
Atq̧ fideiuſſor ſoluit dat peculioꝝ
De teſtamētis etiā ſuccedo ſepultis
Parrochijs decimis vult regla religioſis.
Cōiunx ↄuerſus inuidus vota redemit.
Jn̄ ſtat⁹ mōachi dom⁹ atq̧ capella locoꝝ
Jure patronat⁹ de cenſib⁹ ara ſacrata
Miſſaq̧ baptiſm⁹ q̇ nō eſt pſbyter vſus
Eucariſtia reliquie ieiunia pura
Edes īmunes ſeculi fuge clerice merces.

### Sponſus et impu

bes clamdeſtina ſponſa duoꝝ.
Conditio vouēs.q̇ polluit atq̧ leproſus
Seruus de natis ſequit᷑ cognatio duplex.
Poſt ↄſanguineā ↄſanguinei gelidiq̧
Coniugiū vetitū ſequit᷑ q̇ legitimi ſunt.
Accuſare queūt diuorcia dona ſecūda.

### Accuſato ſiue calū

nia ſimonialis.
Prelati rabi iudeus hereticuſq̧.
Sciſmatic⁹ apoſtatic⁹ natos pimētes
Infans expoſit⁹ homicida torneamēta
Hinc cler⁹ pugnans poſt h̄ quoq̧ ſagittat adulter.
Eccleſie raptor ſequit᷑ fur.hinc ⁊ vſura

Falſari⁹ ſoꝛs colludēs crimen pueroꝝ
Clerus venatoꝛ ꝑcuſſoꝛ maledicuſqꝫ
Cleric⁹ depoſit⁹ q̄ nō eſt oꝛdo miniſter
Salt⁹ furtiu⁹ exceſſus opuſqꝫ nouellū
Lex ꝓuata ſubit ſequiť purgatio duplex.
Iniurie peneqꝫ remiſſio poſt anathema
Verboꝝ ſigni ſequiť poſt regula iuris

Hi ſunt ſpēales ꝟſus de rubꝛicis decre/taliū ſm̄ oꝛdinē ſuū. Et vt ſupꝛa tactuꝫ eſt vbi dicebať de decretalibꝫ .c.lxxxv .ſunt ru/bꝛice ſeu tituli

Sunt aūt capitula ī decretalibꝫ tria mi lia min⁹.xviij. Verſus. Bis centū tituli.ſꝫ q̄ndenos remouebis. Sunt decretales ter mille abſqꝫ nouem bis

# P Remiſſis titulis

ſeu rubꝛicꝫ decretaliū abbꝛeuiatꝫ ⁊ extēſis nō inſpecto oꝛdine alpha beti.ſꝫ eo oꝛdine q̊ ponūť in decretalibꝫ Et ꝑmiſſis ꝟſibꝫ de eiſdē ſm̄ oꝛdinē vt eo meli⁹ mēte teneātur. Sequūť nūc ĳdē tituli ſiue rubꝛice decretaliū extēſi ꝑ oꝛdinē alphabe/ti.ſm̄ oꝛdinē libꝛoꝝ eos ꝯtinentiū oꝛdinati vt lectoꝛ iuris ſi indiguerit citi⁹ inueniēdo quēlibet illoꝝ recurrat ad eos.

Tituli libꝛi decretalium.

## Autoꝛitate et uſu pal

lij.l.j.t.viij.
Alienatione iudicij mutādi cā facta.l.j.t.xj.
Arbitris.l.j.t.xlij.
Appellationibꝫ recuſationibꝫ ⁊ relatiōibus l.ij.t.xxviij.
Accuſatiōibꝫ inquiſitiōibꝫ ⁊ denūciatiōibꝫ li.v.t.j.
Apoſtatꝫ ⁊ reiterātibꝫ baptiſmū.l.v.t.ix.
Adulterijs ⁊ ſtupꝛo.l.v.t.vj.
Bigamis nō oꝛdinādis.li.j.t.xxj.
Baptiſmo ⁊ ei⁹ effectu.l.iij.t.xlij.

## Conſtitutionibus.

li.j.ti.ij.
Conſuetudine .li.j.t.iiij.
Coꝛpe viciatis nō oꝛdinādis.l.j.t.xx.
Clericis ꝑegrinis ⁊ eis nō ſine lr̄is recipiē/dis.li.j.t.xxij.
Cauſa poſſeſſionis.l.ij.t.xij.
Confeſſis.li.ij.t.xviij.
Confirmatōe vtili.l.ij.t.iij.
Cohabitatōe clericoꝝ ⁊ mulieꝝ.l.iij.t.ij.
Clericis ꝯiugatis.li.iij.t.iij.
Clericis nō reſidētibꝫ in eccīa vel ꝓbenda. li.iij.t.iiij.
Clerico egrotāte vel debilitato.l.iij.t.vj.
Conceſſione ꝓbende vel eccleſie non vacā tis.l.iij.t.viij.
Cōmodato.l.iij.t.xv.
Conuerſione ꝯiugatoꝝ.l.iij.t.xxxij.
Conuerſione infideliū.l.iij.t.xxxiij.
Capellis monachoꝝ ⁊ alioꝝ religioſoꝛum li.iij.t.xxxvj.
Cenſibus exactionibꝫ ⁊ ꝓcurationibus.li. iij.ti.iij.
Cōſecratōe eccīe vel altaris.l.iij.t.xl.
Celebratōe miſſaꝝ ⁊ de ſacramēto eucharī ſtie ⁊ diuinis officijs.l.iij.t.xlj.
Cuſtodia eucharīſtie ⁊ criſmatis ⁊ alioꝛuꝫ ſacramentoꝝ.l.iij.t.xliiij.
Clamdeſtina deſpōſatōe.l.iiij.t.iij.
Conditionibꝫ appoſitis in deſpōſatōne vel alijs ꝯtractibꝫ.l.iiij.ti.v.
Coniugio lepꝛoſoꝛum.l.iiij.t.viij.
Coniugio ſeruoꝝ.l.iiij.t.ix.
Cognatione ſpirituali.li.iiij.t.xij.
Conſanguinitate ⁊ affininitate.l.iiij.t.xiiij.
Calumniatoꝛibus.l.v.t.ij.
Clericis pugnātibus in duello.l.v.t.xiiij.
Colluſione.l.v.t.xxij.
Clerico venatoꝛe.l.v.t.xxxiiij.
Crimine falſi.l.v.t.xx.
Clerico ꝑcuſſoꝛe.l.v.t.xxv.
Clerico maledico.l.v.t.xxvj.
Clerico excōicato vel depoſito vł interdi/cto miniſtrante.l.v.t.xxviij.
Clerico ꝑ ſaltū ꝓmoto.l.v.t.xxix.

## Dilationib⁹ li.j.t.viij.

Dolo ⁊ ꝯtumacia.li.ij.t.xiiij.
Depoſito.li.iij.t.xvj.
Donationibꝫ.l.iij.t.xxiiij.
Decimis ⁊ ꝓmicijs.l.iij.t.xxx.
Deſponſatione impuberꝫ.l.iiij.t.ij.
Diuoꝛtijs.l.iiij.c.xx.
Donationibꝫ inter viꝝ ⁊ vxoꝛē ⁊ de dote p⁹ diuoꝛtium reſtituēda.l.iiij.t.xxj.
Delicto pueroꝝ.l.v.t.xxiij.

## Electione et electi po

teſtate.li.j.ti.vj.
Etate ⁊ qualitate ī oꝛdine pꝛeficiendoꝛum li.j.t.xiiij.
Eo qui mittitur in poſſeſſionē cauſa reiſer uande.li.ij.t.xv.

Exceptionibus.li.ij.t.xxv.
Eccleſiaſtica bñficia ſine diminutõe ꝯferã
tur.l.iij.t.xij.
Emptione ⁊ venditiõe.l.iij.t.xvij.
Eccleſijs edificãdis ł repandis.l.iij.t.xlviij
Emunitate eccłiaꝝ cymiterij ⁊ reꝝ ad eas
ptinentiũ.l.iij.t.xlix.
Eo qui duxit ĩ matrimoniũ quã polluit p
adulterium.l.iiij.t.vij.
Eo qui cognouit cõſanguineam vxoꝛ ſue
vel ſpõſe.l.iiij.t.xj.
Eis qui filios occidũt.l.v.t.x.
Eo qui furtiue oꝛdines ſuſcepit.l.v.t.xxx
Exceſſibꝫ platoꝝ in ſubditos.l.v.t.xxxj.

## Filijs pꝛeſ biteroꝛum.
libꝛo pmo.ti.xvij.
Foro cõpetenti.l.ij.t.ij.
Ferijs.li.ij.t.ix.
Fide inſtrumentoꝝ.l.ij.t.xxij.
Feudis.l.iij.t.xx.
Fideiuſſoꝛibus.l.iij.t.xxij.
Frigidis ⁊ maleficiatis.l.iiij.t.xv.
Furtis.l.v.t.xviij.
Falſarijs.l.v.t.xx.

## His que ui metuſue
cauſa fiũt.li.j.t.xl.
His q̃ fiũt a plato ſine ꝯſenſu capłi.l.iij.t.x.
His q̃ fiũt a maioꝛi pte capłi.l.iij.t.xx.
Hereticis.l.v.t.vij.
Homicidio volũtario vel caſuali.l.v.t.xij.

## In integrum reſti
tutione.li.j.ti.xl.
Judicijs.l.ij.t.j.
Juramẽto calumnie.l.ij.t.vij.
Jureiurando.l.ij.t.iiij.
Inſtitutionibꝫ.l.iij.t.vij.
Jurepatronatus.l.iij.t.xxxviij.
Judeis ⁊ ſaracenis ⁊ eoꝝ ſeruis.l.v.t.vj.
Infantibꝫ ⁊ languidis expoſitis.l.v.t.xj.
Iniurijs ⁊ damno dato.l.vj.t.xxxvj.

## Libelli oblatõne.l.ij.t.iij
Litis ꝯteſtatione.l.ij.t.xlv.
Locato ⁊ ꝯducto.l.iij.t.xviij.

## Maioꝛitate et obe
dientia.li.j.t.xxxiij.
Mutuis petitionibꝫ.l.ij.t.iiij.
Matrimonio ꝯtcto ꝯ interdictũ eccłe.l.iiij.t.xvj.
Magiſtris ⁊ ne aliq̃d exigat p licẽtia docẽ
di.li.v.t.v.
Maledicis.li.v.t.xxvj.

## Nato ex libero uen
tre.li.iiij.t.xx.
Non oꝛdinato miniſtrãte.l.v.t.xxviij.
Noui opis nũciatione.l.v.t.xxxij.
Ne clerici vel monachi ſecularibꝫ negocijs
ſe immiſceãt.l.iij.t.l.
Ne plati vices ſuas alijs ꝯcedãt ſub ãnuo
cenſu.l.v.t.iiij.
Ne ſede vacãte aliq̃d innouet.l.iij.t.viij.

## Oꝛdinatis ab epo
q̃ renũciauit epãtui vł excõicato.l.j.t.xiij.
Obligatis ad ratiocinia oꝛdinãdis vel nõ.
li.j.ti.xix.
Officio archidyaconi.li.j.t.xiij.
Officio archipꝛeſbyteri.l.j.t.xxiiij.
Officio pmicerij.l.j.t.xxv.
Officio ſacriſte.l.j.t.xxvj.
Officio cuſtodis.l.j.t.xxvij.
Officio vicarij.l.j.t.xxviij.
Officio vel ptãte iudic ꝫ delegati.l.j.t.xxix.
Officio legati.l.j.t.xxx.
Officio iudicis oꝛdinarij.l.j.t.xxxj.
Officio iudicis.l.j.t.xxxij.
Oꝛdine cognitionum.l.ij.t.x.
Obſeruantia ieiunioꝝ.l.iij.t.xlvj.

## Poſtulatione.li.j.t.v.
Pactis.li.j.ti.xxxv.
Poſtulando.l.j.t.xxxvij.
Procuratoꝛibus.l.j.t.xxxviij.
Plus petitionibus.l.ij.t.xj.
Probationibꝫ.li.ij.t.xix.
Preſumptionibꝫ.l.ij.t.xxiij.
Preſcriptionibus.li.ij.t.xxvj.
Peregrinantibꝫ.li.ij.t.xix.
Prebendis ⁊ dignitatibus.l.iij.t.v.
Precarijs.l.iij.t.xiiij.
Pignoꝛibꝫ ⁊ alijs cautionibꝫ.l.iij.t.xxij.
Peculio clericoꝝ.l.iij.t.xxv.
Parrochijs ⁊ alienis pꝛochianis.l.iij.t.xxix
Preſbytero nõdũ baptizato.l.iij.t.xliij.
Purificatiõe poſt partũ.l.iij.t.xlvij.
Priuilegijs ⁊ exceſſibus priuilegiatoꝛum.
li.v.t.xxxiij.
Purgatõe canonica.l.v.t.xxxiiij.
Purgatione vulgari.l.v.t.xxxv.
Penis.l.v.t.xxxvij.

Penitētijs ꝛ remiſſionibꝫ.l.v.t.xxxviij.

## Qui clerici vel uouentes matrimoniū ↄtrahere pn̄t.l.iiij.t.vj

Qui filij ſint legitimi.l.iiij.t.xvij.
Qui matrimoniū accuſare poſſunt vl' teſtificari.l.iiij.t.xviij.

## Reſcriptis.li.j.ti.iij.

Reſtitutione.li.j.t.ix.
Rebꝫ ecclie alienādis vl' nō.li.iij.t.xiij.
Reſtitutōe ſpoliatoꝝ.l.ij.t.xiij.
Reꝝ ꝑmutatione.l.iij.t.xix.
Regularibus ꝛ tranſeuntibꝫ ad religionem libro.iij.t.xxxj.
Religioſis domibꝫ.l.iij.t.xxxvj.
Reliquijs ꝛ veneratōe ſctōꝝ.l.iij.t.xlv.
Raptoribꝫ ꝛ incendiarijs ꝛ violatoribus ecclesiaꝝ.l.v.t.xvij.
Regulis iuris.l.v.t.iiij.

## Summa trinitate ꝛ fide catholica.li.j.ti.j.

Suppleda negligētia p̄latoꝝ.l.j.t.x.
Scrutinio i ordinatōe faciēdo.l.j.t.xij.
Sacra vnctione.l.j.t.xv.
Sacramētis iterādis vel nō.l.j.t.xvj.
Seruis nō ordinādis.l.j.t.xviij.
Sindico.l.j.t.xxxix.
Sequeſtratiōe poſſeſſiōis ꝛ fructuū.libro ij.ti.xvij.
Sententia ꝛ re iudicata.l.ij.t.xxvij.
Solutiōibꝫ.l.iij.t.xxiij.
Succeſſionibꝫ ab inteſtato.l.iij.t.xxvij.
Sepulturis.l.iij.t.xxviij.
Statu monachoꝝ.l.iij.t.xxv.
Sponſalibꝫ ꝛ matrimonijs.l.iiij.t.j.
Sponſa duoꝝ.l.iiij.t.iiij.
Secūdis nuptijs.l.iiij.t.xxj.
Symonia ꝛ ne aliqd exigat' vel ꝑmittatur.li.v.t.iij.
Sciſmaticis ꝛ ordinatis ab eis.l.v.t.viij.
Sagittarijs ꝛ baliſtarijs.l.v.t.xv.
Sortilegijs.l.v.t.xij.
Sentētia excōicatōis ꝛ ſolutōe.l.v.t.xxxix

## Tranſlatione epiſcopi vel electi.l.j.t.vij.

Temporibꝫ ordinationū ꝛ qualitate ordinandoꝝ.l.j.t.xj.
Treuga ꝛ pace.l.j.t.xxxiiij
Tranſactionibꝫ.l.j.t.xxxvj.
Teſtibꝫ ꝛ atteſtationibꝫ.l.ij.t.xx.
Teſtibꝫ cogendis.l.ij.t.xxj.
Teſtamētis ꝛ vltimis volūtatibꝫ.l.iij.t.xxvj
Torneamētis.l.v.t.xiij.

## Ut eccl'iaſtica beneficia ſine diminutōe ↄferant'.l.iij.t.xij.

Ut lite nō ↄteſtata nō ꝑcedat' ad teſtiū receptionē vel ad diffinitiuā ſn̄iam.l.ij.t.vj.
Ut lite pendēte nil innouet'.l.ij.t.xvj.
Uita ꝛ honeſtate clericoꝝ.l.iij.t.j.
Uoto ꝛ voti redemptōe.l.iij.t.xxxiiij.
Uſuris.l.v.t.xix.
Uerboꝝ ſignificatiōibꝫ.l.v.t.xl.

## In ſexto aūt libro

ſunt rubrice pauciores. videlicet circa.lx. Et in clemētinis adhuc pauciores. videlicet xlvij. Capitula ſcire cupiēs in his duobus mox numerabit. Mag' ꝑfecto qd ↄtineant attendendū eſt q̄ȝ q̄t ſint. Ut aūt facilliter ſcirent' in verſibꝫ ꝑmiſſis q̄ rubrice decretalium eſſent i ſexto ꝛ q̄ in clemētinis deſup ſignande eſſent cū rubro.vj.in ſexto.ꝛ.vij.in clemētinis.qd aliq labore fieri poſſet illum ad remonēdū tituli ſiue rubrice libri ſexti ꝛ clementinaꝝ cōſequent' ſequunt' vt in eiſdē poſite ſint libris.nō inſpecto ordine alphabeti. Et p̄mo tituli ſiue rubrice p̄mi libri ſexti libri decretaliū

Tituli p̄mi libri ſexti libri decretalium.

## De ſumma trinitate ꝛ fide catholica

De ↄſtitutionibus
De reſcriptis.
De cōſuetudine
De poſtulatione prelatorum
De electione ꝛ electi poteſtate
De renunciatione
De ſupplenda negligentia p̄latoꝝ
De temporibꝫ ordinū ꝛ qualitatibus ordinandorum.
De filijs p̄ſbyteroꝝ ordinādis an nō.
De officio vicarij
De officio ꝛ poteſtate iudicis
De officio ꝛ poteſtate iudicis delegati
De officio legati
De officio iudicis ordinarij
De maioritate ꝛ obedientia
De pactis
De procuratoribꝫ

Tituli sexti decretalium

De his que vi metuſue cauſa fiunt
De reſtitutione in integrum
De arbitris

Tituli ſecũdi libri ſexti libri decretaliũ.

## De iudicijs

De foro cõpetenti
De litis conteſtatione
De iuramento calumnie
De reſtitutione ſpoliatorum.
De dolo ⁊ cõtumacia
De eo q̇ mittit̃ ĩ poſſeſſionẽ cã rei ſeruãde.
Ut lite pendente nil innouet̃
De confeſſis
De teſtibus ⁊ atteſtationibus
De iureiurando
De exceptionibus
De preſcriptionibus
De ſentẽtia ⁊ re iudicata
De appellatõibꝫ recuſatõibꝫ ⁊ relatiõibꝫ

Tituli tertij libri ſexti decretalium.

## De uita et honeſtate clericorum.

De clericis ↄiugatis
De clericꝭ nõ reſidẽtibꝫ ĩ eccia vel p̃benda
De p̃bendis ⁊ dignitatibꝫ
De clerico egrotante vel debilitato
De inſtitutionibꝫ
De ↄceſſione p̃bẽde vl' eccie nõ vacãtis
Ne ſe. vacante aliq̇d innouetur.
De rebꝫ eccl'ie nõ alienãdis
De ſepulturis
De decimis p̃micijs ⁊ oblationibꝫ
De regularibꝫ ⁊ trãſeuntibꝫ ad religionem.
De voto ⁊ voti redemptiõe
De ſtatu mõachoꝝ ⁊ canonicoꝝ regl'ariũ
De iurepatronatus
De ↄſecratione eccie vel altaris
De reliquijs ⁊ veneratõe ſanctoꝝ
De immunitate eccleſie cymiterioꝝ ⁊ rerũ ad eas ꝑtinẽtium
Ne clerici vel monachi negocijs ſecularibꝫ ſe immiſceant

Tituli quarti libri ſexti decretalium

## De ſponſalibus et matrimonijs

De deſponſatione impuberum
De cognatione ſp̃uali

Tituli q̇nti libri ſexti libri decretalium

## De accuſationibus inquiſitionibꝫ ⁊ denũciationibꝫ

De hereticis ⁊ manicheis ⁊ eoꝝ ſeruis.
De ſciſmaticis
De homicidio voluntario vel caſuali
De exceſſibꝫ p̃latoꝝ in ſubditos
De p̃uilegijs ⁊ exceſſibꝫ p̃uilegiatoꝝ.
De iniurijs ⁊ damno dato
De penis.
De penitentijs ⁊ remiſſionibꝫ.
De ſententia excõmunicatõis
De verboꝝ ſignificatõe.
De regulis iuris

**Poſitis titulis quin**q̧ libroꝝ libri ſexti ꝑut ↄſequẽter ponũt̃ ĩ libris nõ inſpecto alphabeti ordine. ponũtur ijdẽ tituli ſiue rubrice p̃fatoꝝ libroꝝ libri ſexti ſc̃m ordinẽ alphabeti. vt a lectoribꝫ citiuſ inueniri valeãt

Tituli ſiue rubrice libri ſexti decretaliũ

**Arbitris.** li. j. ti. xxij.
Appellationibus recuſationibꝫ ⁊ relationibus. li. ij. ti. xv.
Accuſationibꝫ inquiſitionibꝫ ⁊ denũciationibus. li. v. ti. j.
Bigamis. li. j. ti. xj.
Conſtitutionibus. l. j. t. ij.
Conſuetudine. li. j. t. iiij.
Confeſſis. libro. ij. ti. ix.
Clericis cõiugatis. l. iij. t. ij.
Clericis nõ reſidentibus in eccleſia vl' prebenda. l. iij. t. iij.
Clerico egrotãte vl' debilitato. l. iij. t. v.
Conceſſione p̃bende vel eccleſie nõ vacantis. li. iij. t. vij.
Conſecratiõe eccie vel altaris. l. iij. t. xix.
Cognatione ſp̃uali. l. iiij. t. iij.
Dolo ⁊ ↄtumacia. l. ij. t. vj.
Decimis primitijs ⁊ oblationibuſ. libro. iij titulo. xiij.
Deſponſatione impubeꝝ. l. iiij. t. ij.
Electione ⁊ electi poteſtate. l. j. t. vj.
Eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruande. li. ij. t. vij.
Exceptionibꝫ. li. ij. t. xij.
Exceſſibus prelatorum in ſubditos. libro. v. titulo. v.
Filijs preſbyterorum ordinandis vel non. libro. j. ti. x.

# De titulis clementinarū

Foro competenti.l.ij.t.ij.
His que vi metuſue cauſa fiunt.l.j.t.xx.
Hereticis ⁊ manicheis ⁊ eoꝝ ꝑuis.li.v.t.ij.
Homicidio voluntario vel caſuali.libro.v titulo.iiij.
Judicijs.li.ij.ti.j.
Juramēto calumnie.li.ij.ti.iiij.
Jureiurando.l.ij.t.xj.
Jnſtitutionibus.l.iij.t.vj.
Jurepatronatus.l.iij.t.xvij.
Jmmunitate eccleſiaꝝ cymiterioꝝ ⁊ reruꝫ ad eas ꝑtinētium.l.iij.t.xx.
Jniurijs ⁊ damno dato.l.v.t.vij
Litis ꝯteſtatione.l.ij.t.iij.
Maioritate ⁊ obediētia.l.j.t.xvij.
Ne ſede vacante aliqͩ innouet.l.iij.t.viij.
Ne clerici vel monachi ſecularibꝫ negocijs ſe immiſceant.l.iiij.t.xxj.
Officio vicarij.l.j.t.xij.
Officio ⁊ poteſtate iudicis.l.j.t.xiiij.
Officio ⁊ poteſtate iudicis delegati.libro ꝑmo.t.xiiij.
Officio legati.l.j.t.xv.
Officio iudicis ordinarij.l.j.t.xvj.
Poſtulatione ꝑlatoꝝ.l.j.t.v.
Pactis.li.j.t.xviij.
Procuratoribus.l.j.t.xix
Preſcriptionibus.li.ij.t.xiij.
Prebendis ⁊ dignitatibus.l.iij.t.iiij.
Priuilegijs ⁊ exceſſibus priuilegiatorum. libro.v.ti.vj.
Penis.libro qͥnto.t.viij.
Penitētijs ⁊ remiſſionibus.l.v.t.ix.
Reſcriptis.l.j.t.iij.
Renunciationibꝫ.l.j.t.vij.
Reſtitutione in integrum.l.j.t.xxj.
Reſtitutione ſpoliatoꝝ.l.ij.t.v.
Rebus eccleſie nō alienādis.l.iij.t.ix.
Rerum ꝑmutatione.l.iij.t.x.
Regularibꝫ ⁊ tranſeuntibꝫ ad religionem. libro.iij.t.xiiij.
Reliquijs ⁊ veneratiōe ſanctoꝝ.l.iij.t.xix.
Regulis iuris.l.v.t.xij.
Summa trinitate ⁊ fide catholica .li.ꝑmo titulo.ꝑmo
Supplenda negligētia ꝑlatoꝝ.l.j.t.viij
Sentētia ⁊ re iudicata.l.ij.t.xiiij.
Statu monachoꝝ ⁊ canonicoꝝ regulariū li.iij.t.xvj.
Sponſalibꝫ ⁊ matrimonijs.l.iiij.t.j.
Sciſmaticis.l.j.t.iij.
Sentētia excōmunicatiōis ſuſpēſionis.interdicti ⁊ ſolutōis.l.v.t.x.
Temporibꝫ ordinū ⁊ qualitatibꝫ ordinādorum.l.j.t.ix.
Teſtibꝫ ⁊ atteſtationibꝫ.li.ij.t.x.
Teſtamentis ⁊ vltimis voluntatibꝫ.libro iij.t.xj.
Ut lite pendente nil innouetur.l.ij.t.viij.
Uita ⁊ honeſtate clericoꝝ.l.iij.t.j.
Uoto ⁊ voti redemptiōe.li.iij.t.xv.
Uerboꝝ ſignificatione.l.v.t.xj.

## Nota in libris libri

ſexti decretaliū ſunt tituli ſiue rubrice.lxx.
Jn primo libro.xxj.
Jn ſecundo.xv.
Jn tertio.xix.
Jn quarto.iij.
Jn quinto.xij.
Sequunt tituli ſiue rubrice Clemētinarū vt in libris eaꝝ ꝯſequēter poſiti ſunt ordine alphabeti nō inſpecto

Tituli ꝑmi libri clementinarum

## De ſumma trinitate

⁊ fide catholica
De reſcriptis
De electione ⁊ electi poteſtate.
De renunciationibus
De ſupplenda negligētia prelatoꝝ
De etate ⁊ qualitate ⁊ ordine ꝑficiendoꝝ
De officio vicarij
De officio ⁊ poteſtate iudicis delegati
De officij iudicijs ordinarij
De ꝑcuratoribus
De in integrum reſtitutione

Tituli ſecundi libri clementinarum.

## De iudicijs

De foro competenti
De cauſa poſſeſſionis ⁊ proprietatis
De dolo ⁊ ꝯtumacia
Ut lite pendente nil innouetur
De ſequeſtratione poſſeſſionū ⁊ fructuum
De probationibus
De iureiurando.
De exceptionibꝫ.
De ſententia ⁊ re iudicata
De appellatōibꝫ recuſatōibꝫ ⁊ relationibus

Tituli tertij libri.

## De uita et honeſta

te clericorum.

Tituli clementinarum

# De titulis clementinarũ

De ꝑbendis ⁊ dignitatibꝰ
De concessione prebende vel ecclesie nõ vacantis
De rebꝰ eccl'ie nõ alienandis
De reꝝ ꝑmutatione
De testamẽtis ⁊ vltimis volũtatibꝰ
De sepulturis
De decimis ꝑmicijs ⁊ oblationibꝰ
De regularibꝰ ⁊ trãseuntibꝰ ad religionem.
De statu mõachoꝝ ⁊ canonicoꝝ regl'ariuꝫ.
De religiosis domibꝰ vt epõ sint subiecte.
De iurepatronatus
De cẽsibꝰ exactõe ⁊ ꝓcuratõibꝰ
De celebratõe missaꝝ ⁊ sacramẽto eucharistie ⁊ diuinis officijs
De reliquijs ⁊ veneratõe sanctoꝝ.
De immunitate ecclesiaꝝ cymiterioꝝ ⁊ reꝝ ad eas ꝑtinẽtium.

Titulus quarti libri

De ꝯsanguinitate ⁊ affinitate

Tituli quinti libri

## De magistris et ne

aliquid exigatꝛ ꝓ licentia docendi
De iudeis ⁊ sarracenis ⁊ eoꝝ seruis
De homicidio voluntario vel casuali
De excessibꝰ ꝑlatoꝝ in subditos
De ꝓuilegijs ⁊ excessibꝰ ꝓuilegiatoꝝ.
De penitẽtijs ⁊ remissionibꝰ
De sentẽtia excõmunicatiõis suspensionis interdicti ⁊ solutionis.
De verboꝝ significatione.

## Positis titulis quin

q librorꝝ clementinaꝝ ꝓut ꝯsequẽter ponũtur in libris non inspecto alphabeti ordine ponuntꝛ ijdẽ tituli siue rubrice ꝑfatoꝝ librorum clemẽtinaꝝ s'm ordinẽ alphabeti. vt a lectoribꝰ citiꝰ inueniri valeãt

Tituli siue rubrice libri clementinaꝝ.

## Appellationibꝰ re

cusationibꝰ ⁊ relationibꝰ.li.ij.t.xj.
Causa possessionis ⁊ ꝓprietatis.l.ij. t.iij.
Concessione ꝑbende vl' eccl'ie nõ vacantis libro.iij.t.iij.
Censibꝰ ⁊ exactionibꝰ ⁊ procurationibus. libro.iij.t.xiij.
Celebratione missarũ ⁊ sacro eucharistie ⁊ diuinis officijs.l.iij.t.xiiij.
Consanguinitate ⁊ affinitate.l.iiij.t.j.
Dolo ⁊ cõtumacia.l.ij.t.iiij.
Decimis primicijs ⁊ oblationibuſ.libro.iij titulo.viij.
Electione ⁊ electi potestate.l.j.t.iij.
Etate ⁊ qualitate in ordine preficiendoruꝫ libro.j.ti.vj.
Exceptionibus.l.ij.t.ix.
Excessibus prelatorum in subditos. libro v.titulo.iiij.
Foro competenti.l.ij.t.ij.
Homicidio volũtario vel casuali.l.v.t.iij.
In integrum restitutione.l.j.t.xj.
Iudicijs.l.ij.t.ꝑmo
Iureiurando.l.ij.t.viij.
Iurepatronatus.li.iij.t.xij.
Immunitate ecclesiaꝝ cymiterioꝝ ⁊ reruꝫ ad eas ꝑtinentium.l.iij.t.xvj.
Iudeis ⁊ saracenis ⁊ eoꝝ seruis.l.v.t.ij.
Magistris ⁊ ne aliquid exigatꝛ ꝓ licẽtia docendi.l.v.t.j.
Officio vicarij.l.j.t.vij.
Officio ⁊ potestate iudicꝫ delegati.l.j.t. viij
Officio iudicis ordinarij.l.j.t.viij.
Procuratoribus.l.j.t.x.
Probationibꝰ.l.ij.t.vij.
Prebendis ⁊ dignitatibus.l.iij.t.ij.
Priuilegijs ⁊ excessibus priuilegiatorum.libro.v.ti.v.
Penitentijs ⁊ remissionibꝰ.l.v.t.vj.
Rescriptis.l.j.t.ij.
Renunciationibus.l.j.t.ij.
Rebꝰ ecclesie nõ alienandis.l.iij.t.iiij.
Rerũ ꝑmutatione.l.iij.t.v.
Regularibꝰ ⁊ transeuntibus ad religionem li.iij.ti.xj.
Religiosis domibus vt episcopo sint subiecte.libro.iij.t.xj.
Reliquijs ⁊ veneratõe sanctoꝝ.l.iij.t.xv.
Summa trinitate ⁊ fide catholica.l.j.t.j.
Supplenda negligẽtia ꝑlatoꝝ.l.j.t.v.
Sequestratione possessionum ⁊ fructuuꝫ. libro.ij.t.vj.
Sententia ⁊ re iudicata.l.ij.t.x.
Sepulturis.l.iij.t.vij.
Statu monachoꝝ ⁊ canonicoꝝ regulariũ libro.iij.t.x.
Sentẽtia excõmunicatõis. suspensionis ⁊ interdicti ⁊ solutiõis.l.v.t.vij.
Testamentis ⁊ vltimis voluntatibuſ.libro iij.titulo.vj.
Ut lite pendente nil innouetꝛ.l.ij.t.v.
Uita ⁊ honestate clericoꝝ.l.iij.t.j.
Uerboꝝ significationibꝰ.l.v.t.viij.

## Nota in libris cle⸗

mētinaꝝ decretaliū ſūt tituli ſiue rubri. xlvij
Jn primo libro. xj.
Jn ſecundo. xj.
Jn tertio. xvj.
Jn quarto. j.
Jn quinto. viij.
Scire debes ꝙ p̄miſſe ſūt rubrice dūtaxat decretaliū. licet taliū plurime ponunꝛ in legum codicibꝰ

## Jdeo qꝛ decreti ru⸗

bricas nimis eſſet tedioſum enumerare ꝓpter maximā multitudinē. Ne tn̄ naturā eiꝰ p̄terea ꝟſus ſubiūgā totā materiā decreti ſignificātes. Jn genere de q̄libet diſtinctōe ꝛ oībus queſtionibꝰ cūctaꝝ cauſaꝝ

Collige verſus q̄d vult diſtinctio q̄uis
Ut videat q̄ſq; diuinū ius hominiſq;
Utq; ſciat ꝑ que ꝯſiſtunt iura quiritum.
Et cur dicaꝛ res eccleſiaſtica canon
Regum cur fuerint a p̄mo ꝯdita iura.
Nec licet cuiq; ius naturale mouere
Hec mala peccati diſtinguit ludificati
Ex hac cognoſces q̄ leges cōpoſuerūt
Re qua ius nature ꝯſuetudine differt
Ut naturali cedant que ꝯſtituūtur
Sic legi regū lex ꝓualet eccleſiaꝝ.
Mandato iuris ꝛ legum vinciꝛ vſus
Omnia iuſticie diſcretio ꝓuide penſat.
Nō diſpēſatur vbi naturale patet ius
Sic nec agas leuia ꝙ q̄s vitet grauiora
Tempꝰ in hac diſce quo canon ceperit eſſe
Reſpicias q̄t erāt ꝛ eos qui ꝯſtituerūt.
Actor ſit papa. ſi ꝯcilium celebrādum
Diciꝛ hic ꝙ bis ſynodꝰ celebraꝛ in anno.
Hec monſtrat q̄d decretalis ep̄la poſſit
Tāto q̄s valet quo quis rōibꝰ inſtat.
Sūmos ſeu mimos recitās locat īferiores
Jſta loca diſtinguit ꝛ ordinat eccl̄iaꝝ
Cōſecrat hec om̄es maiores ſiue minores.
Diſcutit iſta genꝰ patriā vitāq; ſacrādi.
Hec dat cuiq; ſuū veniale ꝺ crimīe diſtās
Sit poſt baptiſma ꝯtentꝰ ꝯiuge ſola.
Hac auguſtinꝰ nubētis vota req̄rit
Jſta ſacratoꝝ ꝯtractū damnat ꝛ odit
Hac locꝰ ꝛ cauſa tp̄s ꝑſona notanꝛ.
Contradicit hec ꝑ ꝯcilium manicheis.
Tangit ꝛ hec q̄ ꝯtineāt offerre volētes.
Jnſtruit hec leuita minor ꝙ ꝯtineat ſe
Ordo ſacer nō deꝛ ei ſi q̄s bigamꝰ ſit
Femina pontifici ꝑſona domeſtica nō ſit
Jſta docet p̄ſul ꝙ debet ſobrius eſſe
Aſtruit hec prudēs ꝙ debeat eſſe ſacrādꝰ
Hec ꝓhibet legere gentilia metra ſatire
Scripturas ſacras ſacrādus ſcire iubetur
Admonet hec illū q̄ nō extrinſeca nouit
Niſi ſit ornatꝰ hic nō admittiꝛ ipſe
Cōuenit eſſe modū greſſus ꝟbiq; cibiq;
Tutiꝰ eſt ipi ſi ſit cūctis bonꝰ hoſpes
Jn factis verbis hūc ꝯdecet eſſe pudicum
Gloria pōtificis eſt vt ꝓcul ingluuies ſit
Expedit vt nō ſit ꝑcuſſor q̄ſq; ſacerdos.
Reſpuit hec hoīem diſtinctio litigioſum
Mittit ī interitū cupidos ꝟ fenꝰ abhorrēs.
Abijciꝛ ſacrādus in hac ſi neophitus
Nō venit ad cleꝝ q̄ corpus habet vicioſum
Judicat hec primo grauiter ſed poſt moderatur vel miſeretur
Sacrari vetat hec om̄es q̄s cura ſtringit
Prepoſitꝰ p̄mo datur ꝟ p̄poſterus ordo
Jdcirco vetat hos quia ſepiꝰ hi repetunꝛ.
Reijcit ꝟ ſeruos ſine libertate ſacrandos
Eijcit abſciſos ꝛ corꝑibꝰ viciatos
Condemnaꝛ in hac generatio p̄ſbyteroꝝ.
Hic baptizatꝰ ꝓhibetur ſi fuit eger
Hec vetat abbate mōachos volēte ſacrari.
Officiū negat hec niſi ſit bn̄ q̄ſq; ꝓbatus
Nullꝰ erit p̄ſul niſi quē ſacer ordo decorat
Jndigni laici iubet hec ne pontifices ſint.
Clericꝰ plebs p̄nceps ꝟ eligit ꝟ petit ꝟ vult
Uſurpās laicꝰ id vt eligat audiat iſtam
Sed docet hec ꝑ q̄d tribuaꝛ p̄ſulis ordo.
Cū diſſenſio fit a pluribꝰ edita ſtabūt.
Ut ſacreꝛ ab oībꝰ archiep̄s hec vult.
Jnſtituitq; iubet a p̄ſide p̄ſbyteros hec
Uult hec ſacrari ſi cui dubiꝰ fuit ordo.
Si vult hoc p̄ſul. lectores cōdiat abbas
Eccleſia titulo ne carēs nō ꝓmoueatur.
Reſpice dicta patꝝ ne ꝓmoueas alienū
Abnuit hec recipi cui dimiſſoria nō eſt
Tute ſuſceperis quē ſic formata tuetur
Punit maiores dū ꝓmouēt inferiores
Diſtinguit tp̄s hec in quo ꝓmoueātur.
Tempa diſtinguit ꝛ in his ieiunia ponit
Rectos iudicat hec modulos īterſticioꝝ
Jſta dat annoꝝ numeꝝ quo ꝓmoueanꝛ.
A quibꝰ ipa patris electio debeat eſſe.
Sꝫ loca pōtificis docet hec ꝛ p̄ſbyteroꝝ
Crimine q̄ careat ſacrādꝰ ī hac replicat
Hec dat pauꝑibꝰ lapſoſq; docet reꝑare
Ut nec ꝯſenſum det peccatis alienis
Solicitus ſit ep̄s oppreſſos releuare

Congruit vt p̄ſul ꝓmū ferat hoſpiti curam
Incautū largū vetat h̄ venantibꝫ obſtat
Hac datur impēſa. viduas inopeſqꝫ tueri
Reſpuit᷑ clerꝰ ſi nō pius aut cupidꝰ ſit
Iſtic ſit regula ꝛ ꝙ bn̄ p̄poſitus ſit
Ex hac ſacrari ꝓhibent᷑ litigioſi
Tutiꝰ an̄ petat niſi ſit ſatis eccie res
Hec plus corde ꝓbat dn̄o ꝙ̄ voce canēduꝫ
Hec dat obedire maioribꝫ inferiores.
Nō negat iſta ſuas mādare vices p̄triarchā
Sꝫ nō oīno vetat iſta tacere minores.
Ut ſeculi ꝓnceps nō ordinet eccie res
Urbs nō ſigtos apices n̄ vult neqꝫ mittit.
Eſt ius muniri ꝑegrinū q̇nqꝫ ſigillis
Uniuerſale nullū ſinit iſta vocari
Iſta vetat ne q̇ celebrēt niſi pallia dent᷑
Moribꝫ indecori nō pallio ſūt decorādi
Abſit vt vna habeat duos ꝓuincia patres
Senſum verſibꝫ his dat cauſe q̄ſtio q̄uis
Damnat emētes ſpūalia gratia xp̄i.
Ingreſſum vendēs vel emēs perit ecciaꝝ.
Si ꝓ p̄bendis dederis q̇d ſymon haberis
Crimis ignorās fiet reus ille paterni
Ecciam reddit iſta vix ꝙ ordine p̄ſtet
Rurſus ꝓmotos abſcidit ius ꝓmouēdos.
Eccleſia pax plena ſibi cleriqꝫ negat᷑.
Cauſa patēs cū ſit cūctis nō querit᷑ ordo
Ad ius vel ſynodū nullꝰ trahat expoliatū
Uim talē ſubeat qualē feciſſe volebat
Ad teſteſqꝫ duos p̄ſul ꝯuincit᷑ aptos
Si cadit accuſans nō cogit᷑ reus vltra
Reſpuit᷑ iure vox dilatoria ſi ſit.
Uir bonꝰ accuſat quēuis licet inferior ſit
Mandato legis datur accuſatio ſcriptis.
Nō plene reſtitui debeat ius edocet omne
Utitur iudicijs quanto fuit expoliatus
Aperte tractet᷑ ꝙ̄uis inducia detūr
Reſtat vt infamis ꝛ hō ſine lege tacēs ſit
Uox ſimica domeſtica vox n̄ obeſt alieno.
Mitti vel duci nō debet ad exteriores
Libere ab hac non ſtat ſimilis quē ſua cul
pa remordet
Iudex auditor nō fiat p̄ſulis vnus
Iudicio nullꝰ vnq̄ꝫ damnabit᷑ abſens
Exigit᷑ ne q̇s in quo cadit h̄ repetat᷑.
Torquet in actorē ſibi vox abiecta reatum
Omnis anathema nec agat nec teſtificetur
Rite tacet quiuis minor ille ſi tenet etas.
Dum neq̇s agere nequeas ꝛ teſtificari.
Ius ſtatuit ne ſit q̇s vnq̄ꝫ teſtis ꝛ actor
Nunq̄ꝫ damnet᷑ q̇s cū nō poſſit adeſſe
Dat ius ꝙ q̇s agat ꝓ ſe ciuilia tantū

Mittit᷑ famoſum neglecta ꝓbatio flagris.
Eſt accuſandꝰ ſemel ꝛ bis terqꝫ vocādus.
Nemo ꝓcuret crimen ciuilia curet.
Baiula iuris iubet vt ſynodalia fiant
Reuera malꝰ eſt mala cuiꝰ que male pādit.
Aut caput aut lingua delatori capulet᷑.
Omnes infames tacēt aut crīme tenti
Preſulis obiecta niſi ꝟa ꝓles reprobaris.
Iudiciū expetere nunq̄ꝫ debes alienū
Alter adeſſe poteſt ſi ſit ꝓuincia diſcors.
Si cadit accuſans nō coget᷑ reus vltra
Eſt q̇ dum viuit nemo ſibi ſubſtituēdus
Tutus ſemꝑ erit h̄ q̇ ſe dante recepit
Dat ius ne ſtatuat ſucceſſorē ſibi p̄ſul
Nullꝰ amicoꝝ mihi ꝑſit vt eligar vnus.
Electus cum ſim p̄ſtatur cautio damni
Eſt ſecū ſtandū ſentētia ni vetat ip̄m
Ordinis eſt ne q̇s vnq̄ꝫ redeat ſine ſcriptis
Si q̇s anathema ſtatuit ꝟtute carebit
Iudicis ꝛ alteriꝰ nullꝰ eſt ordo petēdꝰ
Curent ꝓmates bene ſua non aliena
Non dubites dotē cū baſilica retinēdam.
Ordinet ꝛ ſeruet diſpēſat nō alienet
Nil p̄terq̄ꝫ duos p̄ſumat ſumere ſoldos
Iudicet vt laicus cleꝝ nō attrahat vllus.
Iudiciū ſecli ſequit᷑ ſuſpēſio cleri
Seu bona ſeu mala ſit ſnīa dico tenēdam
Dico ꝙ ꝓꝓriū poterit q̇s clerꝰ hr̄e.
Eccie ſi res vēdis vel emis ſibi reddas
Si dare vis ꝛ des dare nō potes eccie res.
Ex re cōmuni queſitis vtitur eque
Et fortaſſe voles teſtari de ꝓꝓrio des
Eccie baptiſmali dande decime ſunt
Tꝑa longa trahūt ius funerꝫ ꝛ decimaꝝ
Ius eſt ne q̇s plꝰ repetat q̄ꝫ debeat alter.
Non niſi ciuili re frater teſtis habetur
Tale q̇d exercēs nō debet clericꝰ eſſe
Si tulerit plꝰ q̄ꝫ dederit iam fenus habet᷑
Ex male queſitis elemoſyna nō ſit egenis
Si male queſita tenet digne n̄ penitet vllꝰ
Iniuria nō pena dat᷑ cū pena notat᷑
Nec retinere licet que ſunt ꝓmiſſa patrono
Solū voce nequit ꝯdemnari mulieris
Tali die dn̄i placitū nō dꝫ haberi
Atqꝫ ꝓbat᷑ in hac ꝓbatio dāda negāti.
Nec ꝯfeſſio ſit nec iuramēta coacta
Tollere nō poterit quē ꝯfert ſolꝰ honorem
In grauibꝫ ſi ſit deuictꝰ eijciatur
Dant᷑ in hac monachi paſtores ecciaꝝ.
Abbas ecciam p̄ſul debet dare curam
Hic legitur ꝙ ius ꝛ rem p̄ſcriptio tollit.
Quadragenis domibꝫ p̄ſcriptio religioſis

# De decreto verſificato

Tales ſi teneãt ius nõ tñ ergo gubernẽt
Uſurpans ſine iudicio rem decidet a re.
Reſpuit a laicis ius eccĩas retineri
Queritur an liceat cordis dimittere votum.
Ut ſua cenſaldꝰ teneat que deſerat eger
Omne monaſterio remanebit nec redit ille
Dũ redit illicite q̃ ꝯtulit illa manebũt.
Termĩat h̃ apud alumnũ ſynodale ſtatutũ
Ut nõ abbates a p̃ſule ꝯſtituantur
Ut p̃ſul cleꝝ nõ impediat monachandũ
Ipſo nolẽte tamẽ nõ ſuſcipiat alter
Sꝫ iaꝫ canonicos canon ꝓhibꝫ mõachari
Quẽ pr̃ offert ſi placet exit cũ ſit adultus
Viſam mox veſtẽ ſi nõ pr̃ abdicat h̃ ſtet
Offert inuitũ nec ſeruat religionem.
Et ſi forte placet monacho trãſire licebit.
Prima ſit ex titulo ſit cõmẽdata ſecunda
Eccleſiã renui vetat hac aliaqꝫ cupiri.
Tertia ne liceat tractare negocia ſecli
In clara veſte ꝓhibetur clericus eſſe
Examen ꝓpriũ fugiẽs ſine ſpe graduũ ſit.
Iuramẽta licet hoĩ dare qñ neceſſe
Si ſic eſſe putat vt ait nõ peierat ipſe
Taliter exemplo qꝺ obediat iſte ꝓbatur.
Vota ꝓmiſſa mutentur turpia ſi ſint
Dum peierare cupis ꝑiurus haberis.
Ex iuſta cauſa multis licet arma mouere.
Fiet bellũ iuſtũ ſi ꝓ rebꝫ repetendis
Fas eſt quãdoquidẽ ſocio ſuccurrir̃ armiſ
Inferriqꝫ docet vindictã queſtio quarta.
Cũ ſit ad hoc poſitꝰ vt puniat ille meretur.
Iura iubẽt hoĩes ꝑuerſos ad bona cogi.
Eccleſie rebꝫ ſint heretici ſpoliãdi
Tandẽ de clero nulli licet arma mouere
Si q̇s es hereticꝰ tua ſit ſnĩa nulla.
Interdũ mali poſt mortẽ corripiuntur
Crimine p̃donũ nõ damnetur domꝰ eiꝰ
Tuta ſit eccĩa quã lex p̃uata tuetur
Et ſi ſubſequitur lex altera derogat illi
Mẽtẽ diuinã rimãtes ſortilegi ſunt
Vita nõ viuũt q̇ peccãt iſta tenẽtes
Noĩa materiã que ꝑ p̃mordia ſumpſit.
In quattuor diſces ſi forte req̇ris
Tales ni ceſſent cõmunio tollitur ipſis.
Vinctũ pontificis nõ ſolues tu morituꝝ.
Morte facit penas noli ꝓponere quantum
Si ſit ſolẽne. dirimit cõnubia votũ
Spõſa ligat ſpõſum. ꝓprie nõ eſt tñ vxor
Soluit diſparitas cultꝰ ꝯnubia queqꝫ
Iungitur hic aliĳ ſi reſpuit illa manere.
Teſtatur bigamũ ſacer auguſtinꝰ eundem
Viros ꝯiugĳ ꝑſone diſſipat error.

Tantũ ꝯditio poterit ſi vilior erit
Nam ꝯtracta p̃us nõ ſoluit federa ſed poſt
Parui ꝯtrahere nequeũt ſpõſalia iure
Spũalis naturali nõ ſocietur
Vxoriſqꝫ ſue cognatis nõ ſocietur
Mandatur clamdeſtina ne ꝯnubia fiãt.
Pollutã vetat hec in mortẽ fraude parantẽ
Si datur inuita poſt qñ placet redit illam.
Ut nulli nubat niſi patris ſpõſio fiat
Ducere lex ꝓhibet ĩ ꝯiugio meretrices
Obſtat ꝯiugio ſacro cõplenda libido.
Cũ ſit liber animꝰ nõ ſpõdeat hãc pr̃ eiꝰ.
Tangere ne liceat aliã quã ſtirps ſibi fiat.
Reuera ſine mẽte caro nunqꝫ violatur
In ſimili lapſu nõ hãc dimittet adulter.
Nullã dũ viuit hec h̃ ꝓ ꝯiuge ducat.
Alter nõ peccet q̇ damnetur minus alter.
Frigidus eſt aliĳ tũc nõ ſociabitur vlli
Vir nõ abĳciat ſine iudicio mulierẽ
Tertia ſi credis purgat ꝯfeſſio crimen.
Purgat ſecretũ cordis ꝯtritio crimen
Et ꝑfecto ſemel dilectio nõ cadit vnqꝫ
Nemo ſemel ſi penituit bñ penitet vltra.
Iſta ꝓbat dimiſſa ſemel peccata teneri.
Magna cautela quiuis penſare tenetur.
Debeat eſſe gemẽs ⁊ q̃lis vulnera purgãs
Omnes baptiſmi maculas q̇ tergere poſſit
Dum tñ in vita poſt mortẽ ducere vitã.
Ut vir nõ oret vxor ſi debita querit.
Mẽs vtriuſqꝫ niſi ſit nõ bñ ꝯtinet alter.
Tuta manet viuẽte viro que neſcia nupſit.
Vult leo ſi venit h̃ redit hec retinẽſqꝫ p̃orẽ
Cognatã ꝓpriã nemo ꝓ ꝯiuge ducat.
Omnes vxorꝫ ꝯſanguineos reprobabis.
Nũc ſeptẽnoꝝ graduũ diſtinguitur ordo
Utqꝫ ſtatꝰ hoĩs ſic eſt generatio quarta
Trũcꝰ ponitur h̃ cũ ramis vt docet auctor.
In teſtes recipi mõſtrat tibi ſexta parẽtes
Tangitur hicqꝫ nõ inceſtu gignitur heres
Vtitur hec in quo diſpẽſandũ licitũ ſit
Aut ſi fraus ſubeat cogetur illa reuerti
Scouceptã ſobolẽ vetat affini ſociandam.
Tũc raptus fiet cum vi deducitur illa.
Coniungetur ei purgatio crimine raptus.
Conſecrat eccleſias dñi diſtinctio p̃ma.
Panis ſacrati fert ſacramẽta ſecunda
Tertia dat ferias nobis ieiunia ſubdit.
Baptiſmaqꝫ docet tp̃s diſtinctio quarta.
Confirmat ſacrat officĳs ieiunia laudat.
Pneumate donato ꝯcludit fine beato

Explicit decretum verſificatum

# De diſtinctionibus decretorū

Liber decretoꝝ diſtinctꝰ eſt in tres ꝑtes. quaꝝ prima vocat̃ diſtinctiones. Et hmōi ſunt centū ⁊ vna

In ꝑmis duabꝫ diſtinctōibꝫ tractat mgr̄ Gracianꝰ ꝺ iure. ponēdo iuris diuiſionē. ſub diuiſiōes ⁊ diuerſaꝝ ſpēꝝ ꝺr̄as ⁊ ꝯueniētias

In tertia quid ſit canon. q̄d priuilegiū. ⁊ quid officiū legum

In q̄rta quare leges facte ſunt ⁊ q̄les eē debeant. ⁊ qñ de eis vl' ſ̄m eas ſit iudicanduz. ac de quadrageſimali obſeruatōe.

In q̄nta de muliere enixa vl' mēſtruoſa.

In ſexta de multiplici genere illuſionum.

In ſeptima de ꝯditoribꝫ legum

In octaua ꝙ veritati ⁊ rōni ſit conſuetudo poſtponēda

In nona ꝙ tribunalia regū ſacerdotali ſūt ꝑtāte ſubdita ⁊ ꝙ pōtifex ⁊ reges ſeſe īdigēt

In decima q̄bꝫ legibꝫ impatoꝝ ſit obtpandū. ⁊ ꝙ mēdacia ſcꝑtoꝝ nō ſūt admiſſa canonibꝫ. ꝙ ſi qñ inueniāt̃ ſunt corrigenda in opuſculis tractatoꝝ

In vndecima ꝙ vſus ⁊ ꝯſuetudo legē ⁊ rationē nō vincāt. ⁊ que cō. ob.

In. xij. de ꝯſuetudine ⁊ more ⁊ quē q̄ſqꝫ modum pſallēdi ꝺꝫ tenere

In. xiij. ꝙ minꝰ malū eſt eligendū.

In. xiiij. ꝙ nō ſunt aliq̄ cōmittēda delicta a nobis ne alij grauioꝝ cōmittāt ⁊ q̄ ꝯſcientias valeāt tempare

In. xv. q̄ tpe generalia ꝯcilia ceperūt. ⁊ q̄rū patrū recipiunt̃ opuſcula.

In. xvj. q̄ ſynodi vl' ꝯſilia roborēt̃ autoritate romani pōtificis

In. xvij. ꝙ abſqꝫ autoritate romani pōtificiſ ſynodus nō debet ꝯgregari

In. xviij. ꝺ pena eoꝝ q̄ ſynodo adeſſe ꝯtemnunt de autoritate romane ſedis

In. xix. de autoritate decretaliū epiſtolarū ⁊ apoſtolicaꝝ ſanctionū

In. xx. diſtinctione magiſter incipit agere de miniſtris eccie.

In. xxj. de diuerſis ordinibꝫ ⁊ gradibꝫ miniſtrorum.

In. xxij. de dignitate romane eccie ⁊ q̄rundam libroꝝ

In. xxiij. de ordine miniſtroꝝ incipiēs a romano pōtifice. deſcēdendo ꝑ ſingulos gradus vſqꝫ ad oſtiarium.

In. xxiiij. de examinatōe ordināndoꝝ

In. xxv. de officijs clericoꝝ incipiēs ab hoſtiario ⁊ aſcēdendo vſqꝫ ad epalē dignitatē ſcꝫ archiꝑmicerij ⁊ theſaurarij circa mediū illiꝰ diſtinctōis. Nūc aūt mgr̄ Gracianꝰ incipit declarare illas. xx. penas ⁊ pctā regule ap̄lice q̄s enumerat ap̄ls in ep̄la ad Tytū ⁊ ad Thimotheū. ⁊ pſeq̄t̃ in eadē diſtinctiōe opoztet ep̄m ⁊ quēlibet ad ſacros ordines ꝓmouēdū eſſe ſine crimine ſupple notabili.

In. xxvj. mgr̄ determinat ꝺ illa clauſula regule ap̄lice ꝑdicte vniꝰ vxoris viꝝ ꝯtinuando deinceps ꝺ ꝯtinētia clericoꝝ vſqꝫ ad. xxxiiij. diſtinctionem

In. xxxv. determīat illā clauſulā regl'e apoſtolice ſobriū. cuiꝰ tamē ꝑtē refuat vſqꝫ ad xliiij. diſtinctionem.

In. xxxvj. diſtinctōe prudentē. ⁊ illā pſeq̄t̃ ī tribꝫ diſtinctiōibꝫ imediate ſequētibꝫ

In. xl. ⁊ xlj. diſtinctōe illud. oznatū doctorē

In. xlij. illud. hoſpitalem

In. xliij. pudicū ⁊ doctorem

In. xliiij. illō. nō vinolentū. q̄ꝺ eſt ꝑs eiꝰ. q̄ꝺ dictū eſt ſupiꝰ diſtinctōe. xxxv. ſobriū

In. xlv. illud. nō ꝑcuſſorem

In. xlvj. illud. nō eē litigioſum

In. xlvij. illud. nō cupidū. domus ſue bene ꝑpoſitum

In. xlviij. illud. nō neophitū

In. xlix. mgr̄ breuiter recapitulat precepta regule apoſtolice ꝑdicte.

In. l. magiſter agit de lapſu ⁊ reparatōe clericorum

In. lj. de curialibꝫ ordināndis vel nō

In. lij. de ꝑpoſteratōe ſacroꝝ ordinū

In. liij. de curis anneris recipiēdis in clericum vel monaſterium

In. liiij. de ſeruis ⁊ manumiſſis

In. lv. de cozpe viciatiſ. bigamis. illiteratis publice penitētibꝫ ordināndis vel nō.

In. lvj. de filijs ꝑſ byteroꝝ ⁊ natis de fornicatione ⁊ adulterio

In. lvij. ꝺ baptizatiſ ī egritudīe ñ ordināndis

In. lviij. de monachis nō ordināndis ſine licentia ſui abbatis

In. lix. de laiciſ l'ratis ñ ſubito ordināndis

In. lx. de electōe pſonaꝝ eccie ⁊ in tribꝫ ſequentibꝫ

In. lxiiij. ⁊. lxv. de ꝯſecratōe epi.

In. lxvj. de ꝑmotōe archiepi

In. lxvij. de ordinatōe ꝑſ byteroꝝ

In. lxviij. de ordinatione non iterāda ⁊ de coepiſcopis

In.lxix.de nō ordinatis ne ī eccīa miſtrēt.
In.lxx.ne aliqͣs ordinet̃ ſine titulo
In.lxxi.ne aliqͣs ordinet̃ a nō ſuo ep̄o
In.lxxii.ne aliqͣs ignot⁹ ſine lr̄is cōmendaticiis recipiatur
In.lxxiii.qualit̃ cōmendatoria vl̃ dimiſſoria vel formata ſit faciēda
In.lxxiiii.de clericꝫ inuitꝫ nō ordinādis.
In.lxxv.de tp̄e ꝛ die ꝯſecratōnis ep̄oꝝ.nec nō de tp̄ibꝫ ordinādoꝝ alioꝝ clericoꝝ
In.lxxvi.de ieiuniis ꝛ q̄ttuor tp̄ibꝫ.
In.lxxvii.ꝛ.lxxviii.de etate ordinādoꝝ
In.lxxix.repetit d̾ ordinatōe ſūmi pōtificꝫ
In.lxxx.in quibꝫ locis ſunt ordinandi ep̄i vel archiep̄i
In.lxxxi.ꝛ aliis ſequētibꝫ repetit quedā de p̄ceptis regule apoſtolice ꝛ maxime de ꝯtinentia clericoꝝ
In.xc.de licitꝫ ꝛ honeſtꝫ op̄ibꝫ clericoꝝ
In.xci.de modo cantandi in eccl̃ia ꝛ electi poteſtate
In.xcii.de obediētia minoꝝ erga maiores
In.xciii.de legato romani pōtificis ꝛ p̄ntationibus archidyaconoꝝ
In.xciiii.de exceſſibꝫ p̄ſbyteroꝝ ꝛ ep̄oꝝ.
In.xcv.ꝛ.xcvi.de diſtinctꝫ poteſtatibꝫ ſecularibꝫ ꝛ eccleſiaſticis
In.xcvii.repetit de ignotꝫ nō ordinādis
In.xcviii.ꝛ aliis ſequētibꝫ tractat de autoritate archiep̄oꝝ ꝛ p̄matū ꝛ vſu pallii.
In vltima diſtinctōe d̾r de vna ꝓuincia ne ī duas p̄tes diuidat̃ ſine p̄ncipis autoritate

## Secunda pars decreti d̾r cauſe eo ꝙ diſtincta ſit per

cauſas.xxxvi. In ſingul̾ aūt cauſiſ apponit mgr̄ Gracian⁹ plures q̄ſtiones.ī q̄libet illaꝝ allegās ꝓ vtraqꝫ p̄te.tandē diffinitiuā ſn̄iam ſubiūgens vt ꝑ h̄ rōes certoꝝ iudicioꝝ inſtruat

## In prima igitur cā

dicit de ſymoniacꝫ q̄ ꝯtinet in ſe ſeptē q̄ſtiones. In p̄ma q̄rit̃ vtꝝ emere ſp̄ūalia ſit peccatū. So.ſic. In ſc̄da q̄rit̃ vtrū ꝓ ingreſſu eccīe vl̃ monaſterii ſit pecunia exigēda vl̃ ꝑſoluēda. So.nō. ꝛ h̄mōi negatiua eſt vera. In tertia q̄rit̃ vtꝝ ſtipēdia eccīe emere ſit ſymonia. So.ſic. In q̄rta vtrū ille ſit re⁹ criminis cui⁹ p̄r illo ignorāte ſymoniā cōmiſit So.ignorātia facti nō iurꝫ excuſat euꝫ In q̄nta vtꝝ licet ea retinere q̄ p̄r filio ſymoniace acq̄ſiuit. So.de rigore iurꝫ nō. ſꝫ d̾ miſericordia ſec⁹ eſt. In ſexta.vtꝝ ordinati a ſymoniacꝫ ignorāt̃ ſint abiiciēdi vl̃ nō. So. ꝓbata iuxta ignorātiā miſericordit̃ tolerāt̃. In ſeptima.vtꝝ renūciās hereſi ſit recipiēdus in dignitate ep̄ali. Sol̃.de iurꝫ rigore deponit̃.ſꝫ ex diſpēſatione ſuſtinet̃.

## Secunda cauſa et

q̄ttuor q̄ ſequunt̃ agūt d̾ ordine iudiciario In q̄ ſunt.viii.q̄ſtiones. In p̄ma q̄rit̃.vtꝝ in manifeſtꝫ ſit ordo iudiciari⁹ req̄rendus. So.ſic.niſi ſit notoria.c.de māifeſta. In ſecūda vtꝝ ſpoliat⁹ ab aliq̄ ſit iudicād⁹. So. nō.aī̄ reſtitutionē.c.null⁹ In tertia q̄ pena ſūt feriēdi q̄ in actiōe defuerint. So.taliōis c.nullo de ſuo. In q̄rta.ſi accuſatore deficiente re⁹ ſit cogēd⁹ ad purgationem. So.nō niſi infamia publica laboret.vt h̄ ꝑ totum. In q̄nta.an duoꝝ teſtimonio ep̄s ſit ꝯdemnand⁹. So.ſic.c.p̄ſbit̃. In ſexta.q̄ remedio cauſe ſubueniat̃ vl̃ cauſa ſubleuet̃. So.per appellatiōꝫ aī̄ ſn̄iam vl̃ poſt.c.biduum. In ſeptima an laici ad accuſatiōꝫ clericoꝝ ſint recipiēdi. So.de iure antiq̄ ſic.d̾ nouo nō. In octaua q̄lit̃ accuſatio dꝫ fieri. So.i ſcripto.c.in agēdo ſi libellū

## Tertia cauſa habꝫ

xi.q̄ſtiones. In p̄ma q̄rit̃.an reſtitutio ſit ſiēda q̄buſlibꝫ ſpoliatꝫ. So.ſic.niſi ī iſtꝫ caſibꝫ infamat⁹ apoſtat⁹ iuſte ſpoliat⁹ p̄ſciſſus cū ſuſpecto nō reſtituūt̃.c.patꝫ. In ſecūda. de iudiciis q̄ ſpacio ſint dāda.an poſt reſtitutionē tm̄.ꝛ an poſt vocatiōꝫ ad cauſam q̄buſlibet ꝓcedēde ſunt. So.ad arbitriuꝫ iudicis. In tertia q̄ ſpacio mēſium ſint vtriqꝫ ꝓcedēde. So.ad arbitriū iudicis. In q̄rta vtꝝ infames ſint recipiēdi ad accuſationeꝫ So.nō.niſi ꝫ ꝯſil̃es. In q̄nta.an teſtes de domo accuſatoꝝ ſint ꝓducēdi vl̃ inimicoꝝ vox ſit audienda. So. inimici minime nec etiā domeſtici.q̄bꝫ impam⁹ poſſūt. In ſexta an extra ꝓuinciā re⁹ ſit ꝓducēd⁹. So.nō.niſi ꝑ appellatōnē. In ſeptima.an ſit audiēda ei⁹ ſn̄ia quā cū reo par ſficit malicia So.ſic ꝙdiu toleratur ab eccīa. In octaua.an ep̄s ab eo poſſit iudicari. So.nō.niſi ſeptē ep̄is reſeruata ſn̄ia ſummo pōtifici. In nona.an abſens aliquis ſit accuſand⁹. So.non.niſi ſit abſens ꝓ ꝯtumacia. In decima. vtꝝ deficiētes vno caſu ſint admittēdi ad ꝯſeq̄ntia

So.ſic.c.placuit. In vndecima. vtrū accuſatus i accuſatorē poſſit ꝯuertere accuſationem. So.non.niſi in maiori crimine.

## Quarta cauſa habz

ſex q̄ſtiones. In prima q̄rit an i excōicatbe ꝯſtitu⁹ aliū accuſare valeat. So.non. In ſecūda.an infra decimūquartū annū poſſit q̄s teſtificari. So.nō. In tertia.an ab accuſatione ꝓhibit⁹ poſſit teſtꝭ exiſtere. So.nō. c.ſpaciū. In q̄rta.vtrū idē poſſit accuſator ⁊ teſtis exiſtere. So.nō.c.j.⁊.ij. In q̄nta.ſi ad cauſam vocat⁹ nō venerit die ſtatuta ſit excōmunicād⁹. So.ſic.niſi iuſtā cauſaz abſentie probauerit. In ſexta. an calumniator in ꝓpria cauſa ſit audiend⁹. So.ſic.ſi cauſa nō ſit criminalis.

## Quinta cauſa habz

ſex q̄ſtiones. In ꝑma q̄rit q̄ pena ſit puniēdus q̄ famoſum librū ſcripſit. So.anathematizād⁹.niſi ſcꝑta ꝓbauerit.c.q̄dam maligni. In ſecūda.q̄tiēs ſit q̄s ad cām vocād⁹ anq̄ ſniam excōicatōis accipiat. So.nō ſolum ſelꝭ ſ; etiā bis vl' ter. In tertia.an ꝓcurator cauſam alicu⁹ agere valeat q̄ ꝑ ſe tūc adeſſe nō pōt. So.criminalē nō.niſi ſit illuſtris pſona. Cauſam ꝟo iniuriaꝝ q̄libet pt c.epl. In q̄rta.an abſq; ſynodali audientia eps ſit dānād⁹. So.nō. In q̄nta.an ſit habend⁹ inimic⁹ q̄ amicū accuſatur⁹ ē. So.n̄ ſi h̄ agat ex veritate.ca.illi q̄. In ſexta.q̄ pena ſit plectēd⁹ q̄ nō ꝓbat q̄ꝺ obijcit. So.talionis.c.epipbanū

## Sexta cauſa habz

q̄nq; queſtiones. In ꝑma q̄rit.an crimine irretiti vl' infamia notati ad hmōi accuſatōnem ſint admittēdi. So.nō.c.ſunt plurimi In ſecūda.ſi eps accuſatiōz in accuſantem ꝯtere voluerit.vtrū ſimplici ꝟbo ei⁹ ſit fides adhibēda. So.nō.abſq; certa ꝓbatiōe. In tertia.an liceat expetere iudiciū archiepi al teri⁹ ꝓuintie. So.nō.niſi in cā dānationis In q̄rta.cui⁹ iudiciū ſit expectādū.cuz epi ꝓuintie i ſnia diſcordēt. So.archiepi ⁊ coepoꝝ vltime ꝓuintie.c.j.⁊.ij. In q̄nta.ſi accuſatore deficiēte re⁹ ſit cogēd⁹ ad ꝓbatiōez So.nō.ſed ad purgationez ſi laborat infamia.c.actor

## Septima cauſa hz

duas queſtiones. In prima q̄rit.vtrū viuēte epo ali⁹ poſſit i eadem ecctiā ordinare. So.nō.niſi trāſferat vel cedat.ꝑ infirmitate tn̄ vl' ſenectute dat ei coadiutor.ca.q̄uis iſte. In ſcđa.vtrū iſti q̄ deſerūt cā infirmitatis valitudine recepta poſſint cathedrā repetere. So.nō.

## Octaua cauſa hz

q̄nq; q̄ſtiones. In prima q̄rit.an liceat epo ſucceſſorē eligere. So.nō.c.apl'ica In ſcđa an amicoꝝ patrocinia debeāt i electōe ꝯualeſcere. So.nō.c.illō. In tertia.an ſit ſymonia p⁹ electōz ꝓpter indēnitatē iuramētuz ꝑſtare. So.ſic.ſi pactū ſup h̄ ꝓceſſit.ca.talia. In q̄rta.an liceat clericis iudicia epi de crimine recuſare. So.nō.añ ꝯdēnationē. In q̄nta.an excuſat⁹ corā apl'ico ſine ei⁹ lr̄is debeat reuerti. So.nō.

## Nona cā habet tres

queſtiones. In prima querit an ordinatus ab excōicato ſit audiēd⁹. So.nō.niſi ignorauerit illū excōicatū eſſe.c.ab excōicat. In ſecūda. an liceat epo vel archiepo alterius clericos ordinare. So.nō.ſine lr̄is dimiſſorijs ſui epi. In tertia. an liceat archiepos ſubditos ſuffraganei ſui dānare vel abſoluere. Solu.nō.niſi negligens fuerit epiſcopus.vel ad eū appellatio deferat.vel in caſu cōſimili

## Decima cā hz tres

q̄ſtiones. In ꝑma q̄rit.an eccia cū oī dote ad epm ꝑtineat aut ad ei⁹ ordinatōez. So. ſic.c.regēda. In ſcđa .an liceat epis res eccleſie diſtrahere. So.nō.c.ꝓcauere. In tertia q̄d a ſingul' eccl'ijs noīe cathedratici valeāt exigere. So.duos ſolidos.c.itē ſi q̄s

## Vndecima cauſa

hz tres q̄ſtiones. In ꝑma q̄rit.an cleric⁹ an ciuilē iudicē ſit trahēd⁹. So.nō. In ſcđa q̄ pena ſit feriēd⁹ q̄ clericū ad ſecularē iudicē traxit. So.excōicatōis. In tertia q̄ pena dign⁹ ſit q̄ excōicatōz vl' ſniam epi nō ſuauerit. So.tal' eſt puniēd⁹ depoſitiōe.

## Duodecima cauſa

hz q̄nq; q̄ſtiones. In ꝑma q̄rit.an liceat clericis ꝓpriū habere. So.nō.regularib⁹.c. nō dicatiſ. In ſecūda.an liceat eis res ecclie

dare vel diſtribuere. So.non.niſi ī caſibꝫ a
iure ꝯceſſis.xij.q.ij.ſine exceptōe. In tertia
an clerici acqſita de rebꝫ eccīe poſſint relin/
qre q̄bꝫ voluerint So.non.niſi eccīe.c.j.de
teſta.reqſiti. In q̄rta q̄bꝫ pn̄t ea relinq̄re q̄
d̄ ſuis ⁊ rebꝫ eccīe ꝑuenerīt. So.ꝑtim ecclīe
⁊ ꝑtim heredibꝫ.xij.q.iiij.c.j. In q̄nta an li/
ceat clericꝫ facere teſtam̄tū̄. So.ſic.d̄ ꝓꝓrijſ
licet.de rebꝫ aūt eccīe nō.ij.q.v.c.fixum

**Tredecima cauſa ha**
bet duas q̄ſtioneſ In p̄ma q̄rit̄ vtꝝ decime
ſint dād̄e rōe territorij vl̄ ꝑſone. So.ratōe
vtriuſqꝫ.xvj.q.j.q̄ſti. In ſcd̄a q̄rit̄.an ius ꝑ/
cipiēdi decimas ⁊ funerādi tollat̄ p̄ſcp̄tiōe
tp̄is. So.ſic.ꝙ tollit̄ ius ꝑcipiēdi decimas
xvj.q.iij.ſi q̄s.⁊ extra de p̄ſcrip.de q̄rta. Sꝫ
ius funerādi nō tollit̄ p̄ſcrip.vt.iij.q.ij.§.n̄
queritur

**Decimaquarta cau**
ſa hꝫ ſex q̄ſtiones. In p̄ma q̄rit̄ an liceat cle
ricis ī iudicio ſua repetere. So.ſic. In ſe/
cunda an ſuꝑ rebꝫ eccīe de eadē eccīa teſtes
ſint recipiēdi. So.ſic.c.ſuꝑ prudētiam. In
tertia.an p̄ter ſortem aliq̄d exigere ſit vſura
So.ſic.c.pleriqꝫ. In q̄rta an liceat clericꝫ l̄
laicis vſuras petere. So.nō.xiiij.q.iiij.q̄m̄
nulli.⁊.c.nec h̄. In q̄nta an eccīe vl̄ elemo/
ſyne ſint faciēde de vſuris. So.nō.xiiij.q.v
In ſexta an vſurarij poſſint agere p̄n̄iam n̄
facta reſtitutōe. So.ſic.ſi nō habeāt vn̄ re/
ſtituāt.c.ſi res aliena

**Decimaquinta cau**
ſa hꝫ octo q̄ſtiones. In p̄ma q̄rit̄.an ea que
fiūt ab ignorātibꝫ ſint eis imputāda. So.n̄
niſi culpa ſua ꝑ ignorātiā deuenerit.c.ſi q̄s
de clericꝫ. In ſcd̄a.an ꝓ impēſis patrocinijſ
liceat clerico munera exigere. So.non In
tertia.an ꝑ ꝯfeſſionē mulierꝫ cū q̄ peccauit
ſacerdos ſit ꝯdēnand⁹. So.non.c.nemini
In q̄rta an die dn̄ico debeāt ep̄i cauſas au
dire. So.nō.c.placita. In q̄nta. an negāti
crimē purgatio ſit indicēda So.ſic.ſi labo
ret infamia.c.p̄ſbyt̄. In ſexta.an in crimīa/
libꝫ ꝯfeſſio ſit extorq̄nda. So.ſic.ſꝫ a curia
libꝫ nō. In ſeptima. an ep̄us ſol⁹ deponere
valeat p̄ſbyterꝝ vl̄ dyaconū. So.nō.c.felix
In octaua.ſi ꝯfeſſus vl̄ ꝯuict⁹ de his q̄ an̄
ordinationē cōmiſit valeat miniſtrare. So
lutio.nō.c.vult

**Decimaſexta cau/**
ſa hꝫ ſeptē q̄ſtiones. In p̄ma. an liceat mo/
nachis ꝓꝓl̄is officiū celebrare. So.ſic.cū ꝑ
miſſione ep̄i ⁊ licētia abbatꝫ.§.ecce. In ſe/
cūda.an liceat eis ī capell̄ ſuis ſacerdotes ī
ſtituere. So.ſic.ſi eas poſſidēt cū oī iure.c.
viſis. In tertia.an iura eccīaꝝ ꝑ p̄ſcriptiōꝫ
tollant̄. So.ſic.c.j. In quarta.an eccīa ad/
uerſus eccīaꝫ poſſit p̄ſcribere. So.ſic.c.vo
luim⁹. In q̄nta.an ep̄s vel abbas iure terri
torij capellā valeat vēdicare. So.nō.ca.ſi
q̄s. In ſexta.ſi q̄s rē eccīe ab aliq̄ iniuſte de
tentā ſua autoritate erepſerit an cadat a cā.
So.ip̄e q̄dem cadit a cauſa.ſꝫ eccīa nō.c.ſi
ep̄s. In ſeptima an liceat alicui d̄ manu lai
ci eccīam recipe. So.nō.niſi eccīa vel mo/
naſteriū habeat iuſpatronat⁹.ca.ſi quis de/
inceps

**Decimaſeptima cau**
ſa habet quattuor queſtiones. In prima q̄
ritur.an reus ſit voti cū a propoſito cordis
ſui recedit. So.non.quantū ad eccīam niſi
ore ꝓnunciauerit.c.j. In ſecūda.an benefi/
cia ſint ei reddenda q̄ eis in infirmitate re/
nunciauit. So.ſic.ſi nō erat ſui cōpos. In
tertia an q̄ ei ſe tradit monaſterio poſtea ad
propria redire. Solu.ſic.infra annum. In
quarta.ſi retroierit an ſint ei ſua reddenda.
Solutio.ſic.ſi de licētia ſui prelati receſſit
alias non

**Decimaoctaua cā**
habꝫ duas queſtiones. In prima queritur
an abbas factus epiſcop⁹ acquirat mona/
ſterio vel eccleſie. Solu.dū fuit abbas ac/
quiſiuit monaſterio.ſed duꝫ factus epiſco/
pus eccleſie.ca.q̄ꝫ ſit. In ſecunda.an ꝑ epi/
ſcopum ſit abbas eligēdus. Solu.a fratri
bus eſt eligendus.ſed ab epiſcopo ordinan
dus.c.hoc tm̄.

**Decimanona cauſa**
habet tres queſtiones. In prima queritur
an epiſcop⁹ debeat ꝑmittere clericoſ ad mo
naſteriū tranſire. So.ſic. In ſecunda ſi vo
luerint.an liceat eis eo inuito ad monaſte/
rium tranſire. So.ſic.c.due ſunt In tertia
an liceat canonicis regularibꝫ tranſire ad
monaſteriū monachoꝝ. So.nō.ſine licen/
tia ſui p̄lati

## Viceſima cauſa hꝫ

idẽ dñs decan⁹ ad ſe recepit reuerẽt vidit ⁊
ꝑlegit. ac ei⁹ vl' eaꝝ tenoꝛẽ p me in act. cauſe
ꝯſcribi mãdauit. ⁊ citatõis lr̃as ꝯ pfatos N
⁊ N. fieri decreuit. Tenoꝛ ãt reſcripti pdi/
cti ſeu lr̃aꝝ cõmiſſiõis tal' eſt. Paul⁹ ⁊c̃. Qñ
ergo ſic tot⁹ tenoꝛ reſcripti redact⁹ ẽ in act.
fidẽ facit etiã ſi reſcriptũ ꝑderet. De q in. c.
cũ in iure. de offi. dele. ⁊. c. cũ olim. de ꝑuile.
Jn his ⁊ ſil'ibꝫ eſt ſciẽdũ ꝙ tabellio debet p
dicta ſcribere. qꝛ officiũ tabellionis eſt oĩa
q̃ occurrũt i iudicio ſcḋm iudicꝫ pceptũ ſigil
latim ⁊ oꝛdinate ſcribere. ⁊ ptibꝫ exẽplũ tra/
dere. ⁊ traditoꝝ exẽplar retinere. vt notat p
Oſti. de ꝓba. qm̃ ꝯtra. Si aũt citatio fiat p
nunciũ ſcribat ſic notari⁹. Talis iudex iniũ
xit tali nũcio ſuo vt talẽ citaret ad petitionẽ
⁊ inſtantiã tal' tali die ⁊c̃. vt no. in. c. quoni/
am. de ꝓba.

Foꝛma citationis delegati

Decan⁹ eccleſie be
ate marie Erfoꝛꝺ. Maguñ. dyoc̃.
Judex cauſe ⁊ ptiũ infraſcriptaꝝ
vel iudex ad infraſcripta a ſe. ap. ſpẽalit de/
putat⁹ ſeu delegat⁹ Uniuerſ ⁊ ſingulis ab
batibꝫ. pꝛioꝛibꝫ. ꝓpoſitꝫ. decanis. diuinoꝛũ re
ctoꝛibꝫ. clericꝫ ⁊ notarijs publicꝫ q̇buſcũqꜫ
p ciuitatẽ ⁊ dyoc̃. Maguñ. ac al's vbilibet
ꝯſtitutꝫ. ⁊ ſpẽalit tali vel tali plebano Sa/
lutẽ in dño ⁊ mãdatis nr̃is. imo veri⁹ apl'i/
cis. firmiter obedire Lr̃as ſanctiſſimi i xp̃o
patris ⁊ dñi nr̃i dñi Pauli diuĩa ꝓuidẽtia
pape. ij. ei⁹ vera bulla blũbea in coꝛdula ca/
napis pẽdente more romane curie bullataſ
ſanas integras ⁊ illeſas. ac oĩ pꝛſus vicio et
ſuſpitõe carẽtes. in mei notarij publici ⁊ te/
ſtiũ infraſcriptoꝝ pñtia p talẽ in eiſdeꝫ lr̃is
ꝓncipaliter nominatũ pñtatas. Nos cũ ea
q̃ decuit reuerẽtia noueritꝫ recepiſſe Quaꝝ
tenoꝛ dinoſcit eſſe tal'. Paul⁹ ep̃us ⁊c̃. Poſt
quaꝝ litteraꝝ pſentationẽ ⁊ receptionẽ fui
mus p pdictũ N. req̇ſiti. vt in cauſis nobis
delegatis aduerſus talẽ ex aduerſo in eiſdẽ
lr̃is ꝓncipalit nominatũ ꝓcedere. citatoꝛi/
aſqꜫ lr̃as ꝯ eũ decernere. ⁊ iuſticiã ſibi mini

ſtrare dignaremur. Nos igiť decan⁹ iudex
p̄dict⁹ volētes mādatū aplicū exeq̄ vt tene
mur vobis ⁊ veſtꝝ cuilibet in ꝟtute ſcē obe
dientie ⁊ ſub pena excōicatiōis quā ī vos et
veſtꝝ quēlibet pn̄tis mādati ꝯtemptorem ⁊
neglectorē in his ſcriptis. triū tamē dieꝝ ca
nonica monitiōe p̄miſſa vel p̄uia ferim⁹ fir
miter ⁊ diſtricte p̄cipiēdo mādam⁹ q̄tenus
viſis pn̄tib⁹ accedatꝭ q̄ꝓpterea fuerit accedē
dum. p̄fatū N. publice citare curetꝭ: quem
nos pemptorie citam⁹ ꝑ pn̄tes vt die tali ⁊c̄.
vel die. xij. a p̄ſentiū inſinuatōe ⁊ publicatō
ne cōputāda. Quoꝝ dieꝝ quattuor ꝓ p̄mo
⁊ quattuor ꝓ ſecūdo ⁊ reliq̄s ꝓ tertio. ⁊ ꝑem
ptorio termino aſſignam⁹. cōpareat ꝑ ſe vł
ſufficientē ꝓcuratorē Erford. in curia ha/
bitatiōis noſtre hora tertiaꝝ. corā nob̄ tali
die de iuſticia rn̄ſurus. Citātes etiā eundē
ad oīs act⁹ iudiciales ī iure obſuari ꝯſue
tos. gradatim ⁊ ſucceſſiue vſq₃ ad ſentētiā₃
diffinitiuā incluſiue Cū intimatōne q̄ ſi ue
cōparuerit ſiue non. nos nihilomin⁹ q̄d iu/
ſtum fuerit faciem⁹. Diē aūt nr̄e citatōnis ⁊
formā ⁊ q̄d feceritis in p̄miſſis nob̄ ꝑ vr̄as
patētes lr̄as haꝝ ſeriē lr̄aꝝ ꝯtinētes. aut in/
ſtrumētū publicū fideliter reſcribatis Da/
tum ⁊ actu₃ Erford. in p̄dicta curia noſtra
Anno dn̄i ⁊c̄. noſtro ſub ſigillo. Et iſta for/
ma frequētať cōiter. licet ſub aliјs ꝟbis po/
nat ſpe. ti. de cita. §. iā de citatiōe. ⁊. §. viſo d̄
citatiōe. Et iſta forma ſonat d̄ vnico iudice
delegato. S₃ qn̄q₃ danť plures. ſ. duo vel
tres. ⁊ iſti qn̄q₃ danť ſimplr̄. d̄ off. dele. in. c.
cū cauſam Qn̄q₃ cū diuerſ clauſulis. quia
qn̄q₃ cū clauſula q̄ ſi nō oīs intereſſe pote
ritis. duo veſtꝝ nihilomin⁹ exequāť. de off.
dele. prudentia. in p̄n. ⁊. c. cū ſup. Qn̄q₃ cu₃
clauſula q̄ ſi ambo intereſſe nō poteritꝭ. alť
veſtꝝ nihilomin⁹ exequať. Et h̄ qn̄ ſūt duo
iudices vt in dicto. c. prudētia. in. §. Idē q̄₃
Qn̄q₃ cū clauſula. quaten⁹ vos vł duo. aut
vn⁹ veſtꝝ. Prima clauſula poniť ī reſcripto
appellatōis q̄d ꝑduciť in audiētia lr̄aꝝ con
tradictoriaꝝ. Qn̄q₃ ꝑtes nō ꝯueniūt ī vnu₃
iudicē. quia tūc danť tres cu₃ clauſula. q̄ ſi
nō omnes ⁊c̄. ⁊ quelibet ꝑtiū eliget vnu₃. ⁊
cancellaria dat tertiū. ⁊ tūc oīs tres hn̄t ꝓ
cedere. nec duo habēt ꝓcedere niſi tertius ſe
excuſet. vt in dicto. c. prudētia Ultima clau
ſula frequētať in lr̄is ꝯſeruatoriјs. qn̄ danť
ꝯſeruatores ecclijs vł vniuerſitatib⁹ ſtudi
orum. q₂ tūc poniť clauſula. q̄ten⁹ vos vel

duo aut vn⁹ veſtꝝ ⁊c̄ Et tūc q̄libet in ſolidū
ꝓcedere poteſt a p̄ncipio. Secūda forma ꝑ
quā danť duo iudices cū clauſula. q̄ ſi non
ambo. hodie nō eſt ī vſu. Qn̄ ḡ danť plures
iudices cū p̄dictis clauſulis. deb₃ de hmōi
clauſulis fieri mētio in citatiōe ſic dicendo.
N. decan⁹ ecclie beate Marie iudex vel cō/
ſeruator venerabiliū ⁊ circūſpectoꝝ viroꝝ
dn̄oꝝ magiſtroꝝ doctoꝝ ⁊ ſcolarium alme
vniuerſitatꝭ ſtudij Erford. vna cū ceterꝭ no
ſtris in hac ꝑte collegꝭ. Cū clauſul. quatin⁹
vos vel duo aut vn⁹ veſtꝝ ⁊c̄. a ſede aplica
delegat⁹. Ex aūt delegat⁹ quo ad nomen p̄/
mitti debeat ⁊ p̄poni ꝑt₃. q₂ repn̄tat ꝑſona₃
dn̄i pape. de offi. dele. cū olim. cum concor.
Et qn̄ ſunt plures delegati tūc maior ⁊ di/
gnior debet p̄poni. de quo in ſpe. de cita. §.
viſo de citatiōe. ꝟ. porro. Circa q̄d notatur
vnū dubiū facti. ponam⁹. cauſa dlegata fu/
erat olim ep̄o prageſi. nūq̄d poſtea cū eccia
iſtā fuerit metropolitana. ip̄e fact⁹ archiep̄ſ
ꝓcedere poterat in cauſa p̄us corā eo incho
ata. Io. an. in addi. ſpe. ti. de delegato. §. li/
cet. ꝟ. reſtat. videť tenere q̄ ſic. ſi nomē ꝓpriū
eſſet exp̄ſſum ī cōmiſſiōe. Rō q₂ ꝑ dignitatē
archiep̄alem nō deſinit eſſe ep̄s. Un̄ papa
vocat ſeip̄m ep̄m. fac̄ l. eos. ī fi. C. d̄ no. mu.
li. x. Iſtud dubiū mouere p̄t ꝓpter ludentes
ad ſcacas. vt ibi dic̄ Io. an. ꝑ eandē legē fu/
it iudicatū q̄ q̄ in ludo ſcacoꝝ q̄rit mactare
ſociū cum pedona facta regina victor erit.
Pro quo Io. an. in additōne vbi ſupra. vbi
plures. l. ⁊ rōes adducit. Dicit tn̄ q̄ padue
audiuit ꝓnūciare ꝯtrariū. Cōcordando di
ſtinguit. p̄mū dicit ꝓcedere. qn̄ ꝯuētio fue/
rit facta de certa pedona. ſecundū qn̄ d̄ cer
ta nō eſſet ꝯuentū. Itē in forma mādat de/
legat⁹ oīb⁹ ſup quos h₃ iuriſdictiō₃ quātū
ad hoc. q₂ alˀs ſua iuriſdictio nō poſſ₃ bn̄ ex
plicari. de off. dele. c. j. ⁊. c. p̄terea. ⁊. c. ſequē.
de q̄ in ſpe. ti. de cita. §. viſo de citatōe. ꝟ. q̄d
ſi delegat⁹ exēplificat. ⁊. c. ſequēti. An aūt te
nor reſcripti debeat tot⁹ inſeri ī citatōe. legi
tur ⁊ notať in. c. ij. de dila. ⁊ no. Io. theutu/
nicus ī glo. ij. q. ij. ſi ep̄us. q̄ alias nō valet
citatio. de h̄ no. in. c. veniēs. de accuſa. ſup fi
nem vltra glo. S₃ ip̄m reſcriptū bullatum
nō teneť mittere citato. vt no. in. c. ij. d̄ dila.
Aliqui etiā inſerūt in citatōe libellū. de q̄ in
c. ij. iam alle. de dila. Itē citať ad rn̄dendū
actori de iuſticia. Aliq̄ citanť p̄mo ad dicē/
dum ꝯ cōmiſſionē q̄cq̄d dicere vł opponere

voluerint ꝯ eā. ⁊ iſte terminꝰ ſeruat̄ i curijs
ꝓ ſubſtātiali Jtē ꝙ poſſit iudex ⁊ debeat cō
minari. ꝓbat̄ in. c. cū ex lr̄is. de reſti. ī integ.
in fi. ⁊ in ſpe. de cita. §. viſo de citatōne. ver.
Quid ſi iudex ita dicit. Jtē ꝙ in forma cita
tionis apponit̄ ꝙ executor dʒ reſcribere diē
⁊ horam. de h̄ no. in ſpe. de cita. §. vlt̄. v̄. Si
v̄o mādat. Judex delegatꝰ qn̄qʒ nō ꝓcedit
ꝑ ſe ſʒ cauſam cōmiſſam ſubdelegat. Et erit
forma ſubdelegatiōis iſta vt ſequitur.
N. decanꝰ eccīe beate marie Judex cauſe ⁊
ꝑtiū infraſcriptaꝝ a ſe. ap. ſpēalit̄ delegatꝰ.
honorabili viro tali cantori vel ſcolaſtico:
Salutē in dn̄o. Lr̄as ſanctiſſimi in xp̄o pa
tris ac dn̄i nr̄i dn̄i Pauli diuīa ꝓuidentia
pape ſecūdi. nos noueritʒ recepiſſe ſub hac
forma verboꝝ. Paulꝰ ep̄s ⁊c̄. Sed q̄a nos
tā noſtris qʒ eccīe noſtre negocijs legitime
p̄pediti cognitiōi ⁊ deciſioni negocij hmōi
ad pn̄s vacare ⁊ intēdere cōmode nō vale/
mus. Jdcirco de veſtra legalitate plurimū
ꝯfiſi vob̄ ī hac ꝑte cōmittimꝰ vices noſtras
donec eas ad nos duxerimꝰ reuocādas

¶ Forma reuocationis iudicis ſubdelegati

## Dudum litteris

apoſtolicis hmōi nob̄ p̄ntatis. ac
ꝑ nos cū debita reuerētia vt de/
cuit receptis nos forma ⁊ tenore
earūdē diligēter inſpectis: attēdētes ꝙ ꝑ tūc
arduis ⁊ legitimis nr̄e eccīe ac alijs p̄pedi/
ti negocijs eaꝝ executōi debite ꝓut voluiſ/
ſemꝰ intēdere nō poteramꝰ. Vobis dn̄is N
⁊ N. ſupradictis ⁊ veſtꝝ cuilibet ī hac parte
cōmiſimꝰ vices nr̄as donec eas ad nos du
ceremꝰ reuocādas ꝓut in nr̄is lr̄is deſuꝑ cō
fectis plenꝰ ꝯtinet̄. Et qꝛ de executiōe p̄nti
hmōi lr̄aꝝ ap̄licaꝝ ꝑſonalit̄ ꝓut tenemur ī/
tendere voluimꝰ Jdcirco ꝓpt̄ hāc et certas
alias cauſas aīm noſtꝝ ad h̄ mouētes hmōi
ꝑ nos vobis factas cōmiſſiones tenore p̄n
tium duximꝰ reuocādas. ⁊ p̄ntibꝫ reuocamꝰ
ac oīs ⁊ ſingulas cauſas corā vob̄ aut al/
tero veſtꝝ in vi hmōi ꝑ nos vob̄ facte com/
miſſionis q̄libet int̄ quoſcūqʒ ⁊ ſuꝑ quacun
qʒ intētatas in ſtatu q̄ corā vobiſ aut altero
veſtꝝ tꝑe notificatōis hmōi nr̄e reuocatōiſ
fuerint ⁊ exiſtāt. ad nos ex certa ſcīa aduo/
canimꝰ ⁊ aduocamꝰ ꝑ p̄ntes. Que oīa ⁊ ſin
gula vobis oībꝫ ⁊ ſingulis ſupradictis ⁊ alijſ
quoꝝ intereſt aut ſua intereſſe putāt. tenore
p̄ntiū intimamꝰ. ⁊ ad veſtrā ⁊ cuiuſlibet ve
ſtrum noticiā ⁊c̄. Et aliqui ſubiungūt man
datū. ſ. Mandātes vobis quatinꝰ in hmōi
negocio ꝓcedatis ſc̄m traditā a ſe. apo. vobis
formā. ⁊ al̄s ꝓut de iure fuerit ꝓcedendum
Jn cuiꝰ rei teſtimoniū lr̄as p̄ntes fecimus
nr̄i ſigilli appenſiōe cōmuniri. Datum ⁊c̄. Et
licet ponat̄ in forma ſʒ qꝛ nos tā nr̄is ⁊c̄. Li
cet iſta dicat. tn̄ poteſt fieri ſubdelegatio ꝑ
ſola volūtate. dato ꝙ n̄ fuerit aliq̄ legitimo
impedimēto p̄peditꝰ delegatꝰ. de offi. dele.
paſtoral̄. poſt p̄n. vt ibi ꝑ Jnno. Sʒ ſi ma/
licioſe velit ſe exonerare. tūc ſubdelegatum
cōpellere neq̄t ad cām recipiēdā ſi de mali/
cia ꝯſtat. vt ibi. Et poteſt fieri ꝑtibꝫ etiā iui.
eo. ti. ſuꝑ queſtionū. §. eū v̄o. Et ſubdelega
tus delegati habētis iuriſdictionē hʒ etiam
cohertionē. alias deluſoria videret̄ ſua iu/
riſdictio. eo. ti. ex lr̄is. Delegatꝰ aūt ſubdele
gatū college nō tenet̄ admittere. de quo ī. c.
coram. §. nūcius v̄o. e. ti. Dicit̄ in forma cō/
mittimꝰ plenariā ⁊c̄. vel donec ⁊c̄. Jn iſto ē
magna diuerſitas. Quia ſi ſubdelegatus ē
ſimpl̄r. tūc cenſet̄ delegatꝰ in totū. Si ipſe
ſubdelegatꝰ vti cepit iuriſdictōe. nō poterit
a delegato reuocari Jtē ſi a ſubdelegato fu
erit appellandū. tūc ſi eſt datꝰ nō in toto ap/
pellatur ad delegatū. datū cū cla. appe. re. n̄
ad papā. vt in. c. cū te. ⁊. c. ſuꝑ queſtionū. §.
porro. eo. ti. Et idē ſi ſolā executionē ſn̄ie ſi/
bi reſeruauit. vt in. c. ſi ſubdelegatꝰ. in fi. de
offi. dele. li. vj. Sʒ fallit ī duobꝫ caſibꝫ ī q̄bꝫ
appellat̄ nō ad delegatū ſʒ ad papā. de q̄buſ
in. c. ſi is cui. ⁊. c. ſi a ſubdelegato. eo. ti. li. vj.
Et qn̄ eſt vnicꝰ delegatꝰ poteſt pluribꝫ ſub
delegare. vt no. in. c. cū te. alle. Dicit̄ etiā in
forma Mādamꝰ ⁊c̄. quia delegatꝰ bn̄ p̄t cō
pellere ſubdelegatū ad cām ſuſcipiēdā. niſi
ꝯſtet ꝙ malicioſe vellet ſe exonerare. vt iam
dixi. Jtē dꝛ in cuiꝰ teſtimoniū. Nā ſubdele/
gatio ꝓbatur ꝑ lr̄aſ delegati ſolo ſigillo ſuo
ſigillatas

¶ Forma citationis ordinarij ⁊ declara/
tio eiuſdem.

## Officialis curie epi

ſcopalis Mogunt̄. vel al̄s pleba/
no vel rectori tal̄ eccīe. Salutē in
dn̄o. Vobis in v̄tute ſancte obediētie firmi
ter ⁊ diſtricte p̄cipiēdo mādamꝰ. quatenus
accedatis q̄ ꝓpterea fuerit accedendū. talem
ad noſtrā p̄ntiam citare curetis quē nos ci/
tamus ꝑemptorie ꝑ p̄ſentes. vt tali die com

parcat in iudicio legitime corã nobis q̃relis
talis finaliter rñſur⁹. Datũ ⁊c̃. Tal' forma
eſt breuis. q̃ ipſi⁹ iuriſdictio iam ẽ fundata
⁊ radicata a iure. ex q̃ eſt iudex ordinari⁹ ꝓpri
us ⁊ natural' ipſi⁹ citãdi. Vñ nõ oportet in
citatione exp̃mere cauſam ex qua competat
ſibi iuriſdictio. ſeu quare habeat iuriſdictiõ
nem ſup eũ. ſicut facit delegat⁹ dũmodo re/
cipit reſcriptũ apoſtolicũ ⁊c̃. vt ĩ forma Itẽ
talis citatio dirigit' plebano ĩ cui⁹ ꝑrochia
deget ip̃e citãd⁹ ⁊ habet domiciliũ. ⁊ cõmit
titur ſibi citatio faciẽda. Poſſet tñ ip̃i citan
do dirigi ⁊ ad eũ mitti ſi cleric⁹ eſt Sʒ quia
tuti⁹ eſt citationẽ ꝑ aliũ fieri q̃ de h̃ teſtifice
tur. q̃ ꝑ citatũ poſſet occultari. de q̃ in ſpec̃.
de cita. §. iã de citatõe. ꝟ. j. Et no. de do. ⁊ cõ
tuma. c. vl. Cõmittit' g̃ alijs vt citẽt. vt ꝑ eo
rum relationẽ ꝯſtet de citatiõe. vt ibi notat'
Itẽ in citatõis forma ponit' ꝟbũ ꝑempt. Di
citur ꝑemp. eo q̃ diſceptatõꝫ ꝑimit. ita vult
l. iij. ff. de iudi. ⁊ ꝑimit diſceptationẽ. i. vltra
nõ patit' aduerſariũ tergiuerſari. de q̃ ꝑ Jo.
an. in addi. ſpe. de cita. §. viſo. Aduerten
dũ eſt q̃ in p̃ma citatiõe nõ eſt mittendum
ꝑemp. vt in. l. ꝯſentaneũ. C. quõ ⁊ qñ iudex
⁊ in aut. q̃ ſemel. niſi fieret ex cauſa. vt ĩ. l. cõ
tumacia. ff. de re iudi. Debet g̃ citari re⁹ tri/
bus edictis. ⁊ tũc tertiũ edictũ eſt ꝑemp. eti
am ſi nõ exp̃mat'. vt no. v. q. ij. in ſum. Sʒ q̃
ex cauſa poteſt vocari re⁹ vnico edicto ꝑem
ptorio. videlicʒ ꝓpter diſtantiã viaꝝ. Vel ſi
res celeritatẽ deſiderat. vt in. c. cũ ex lr̃is. de
reſti. in inte. Et ſic venit ĩ vſum q̃ cõiter mit
tunt iudices vnicã citationẽ ꝑempt. ⁊ valet
Nec ob hoc ſolũ p̃t appellari. vt dic̃ In. ĩ p̃
alle. c. j. de dilat'. Vbi dicit q̃ ſola ꝑempt. aſ
ſignatio p̃ma vice facta nõ eſt ſufficiẽs cau/
ſa ad appellandũ. Dʒ tñ ꝯtinere iſtõ ꝑempt.
cõpetẽtia interſticia ⁊ ĩterualla tẽpoꝝ. vt. xx
iiij. q. iij. de illicita. ⁊ nota. in. c. j. de dila. Et
q̃nta tp̃a ⁊ ĩterualla ꝯtinere debeat h̃ eſt ar/
bitriũ ⁊ arbitrabile a iudice ex diſtãtia viaꝝ
negocij ⁊ ꝑſonaꝝ ac tp̃is q̃litate. vt in. c. cuʒ
ex lr̃is. de reſti. in inte. no. in. c. j. de dila. ſup̃
alle. De quo etiã in ſpe. de cita. §. nũc de tẽ/
poꝝ. Si tñ fierẽt tres citatões. tũc ſi re⁹ ĩ p̃
mo citatiõis termino nõ venit reputat' ꝯtu/
max q̃ ad h̃ vt teneat' actori cõparenti ad ex
pẽſas. vt no. de ꝓcu. q̃relã. ⁊ in ſpec̃. ti. de ex/
penſis. §. iuxta. ꝟ. ſʒ q̃rit'. Sʒ pro ꝯtumacia
h̃mõi nõ inferunt' reo aliene pene ꝯtumacie
q̃ nõ ꝯſtituit' ꝯtumax q̃ ad h̃ vt poſſet ꝓ tã/
to excõicari vel miſſio ꝯ eũ fieri. vt in. c. vlt.
de do. ⁊ ꝯtu. niſi in p̃ma citatõe rñderet ſeñ
ventuꝝ. q̃ tũc cõtumacia eſſet notoria. Si
g̃ in citatõe nõ eſt ꝟbũ ꝑempt. citat⁹ nõ cõpa
rens excõicari nõ põt. nec patiet' miſſionem
ſaltẽ ſi citat⁹ nõ eſt añ iudiciũ. Quid aũt de
citationibꝫ iudicialibꝫ q̃ occurrũt in ꝓceſſu
iudicij faciẽdi poſtea patebit. Sʒ qñ citatõ
eſt vnica ⁊ ꝑempt. licet tres terminos ꝯtine
at. ſufficit vno termĩo cõparere ⁊ ſoluʒ poſt
vltimũ loc⁹ eſt pene. de hoc in ſpe. de cita. §
viſo. ⁊ ꝑ Jo. an. in addi. ſpe. ſic̃ in ꝓceſſibus
executorijs ⁊c̃ Itẽ dr̃ in forma vt tali die cõ
pareat. ſi ponit' in citatõe cõpareas feria. vj.
vel die mercurij: intelligit' de ꝓxima feria ſe
xta vel die mercurij. ꝑ. l. eũ q̃. ff. de ꝟ. ob. no.
in. c. expoſuit. de dila. Si aũt dies illa ſit fe
riata in quã vocat⁹ eſt re⁹. an artet citatum
ad cõparendũ. Vñ h̃ põt ꝯtingere dupl'r.
Vel q̃ exp̃mit' in citatõe cõpareas tali die
dñico. vl' nõ exp̃mit'. ſʒ dr̃ cõpareas decima
die. ⁊ in iſta die ĩcidit dies feriata. In. in. c.
vlt'. de ferijs poſt recitationẽ opinionũ vi/
det' placere finalit'. q̃ licet ĩ citatõne exp̃mat'
error dicẽdo cõpareas die dñico vt ex tũc ĩ
cauſa ꝓcedam⁹. ſiue error tacite inſit. vt pu/
ta dr̃ in citatõe cõpareas die decimo. ⁊ illa ĩ
diẽ dñicũ incidat q̃ ſꝑ citat⁹ cõparere tene
atur. Rõ. q̃ ĩ citatõe duo vident' mandata.
videlicet q̃ tali die cõpareat. ⁊ ſi illa die nõ
dʒ vel nõ p̃t. nihilomin⁹ videt' ſibi mãdatũ
q̃ cõpareat q̃nto citi⁹ facere põt. Hoſtiẽ. te/
net ꝯtrariũ. ⁊ cũ eo videt' tenere Rich. de ſe
niſ. Joh̃. caldrini videt' ibi dicere. q̃ ſi error
tacite inſit tũc teneat citatio. q̃ tenuit a p̃n
cipio. Vñ licet tũc caſus ſupueniẽs mãda/
tum ſuſpẽdat. nõ tñ ex toto relaxat. ⁊ ita ſe/
quẽti die tenet' cõparere. Sec⁹ ſi error ẽ ex/
p̃ſſus. q̃ tũc negat citatõꝫ tenere Ad h̃ euĩ/
tandũ hodie iudices ſunt cauti dicẽdo in ci
tatorio. decimo die cõpeas ſi iuridica fuerit
Alioq̃n ꝓxima die iuridica ſeq̃nte. Vñ cõ/
ſuluit Jo. an. in alle. c. vlt'. de ferijs. q̃ hanc
cautelã iudices teneãt. maxĩe q̃ poſſet cẽ q̃
apud iudice nõ eſſet dies feriat⁹. ⁊ apõ cita/
tum eſſet. vt ibi pʒ ꝑ textũ. q̃s ſinguli ep̃i ſer
uare dñt. ⁊ ita ſuant curiales. ⁊ etiam qñq̃
alij iudices maxĩe delegati An aũt teneat ci
tatio ⁊ artet in caſu ꝯuerſo. ſ. ſi citatio decer
nitur die feriato vt citet' re⁹ ad diẽ nõ feria/
tum. ibi etiã no. ꝑ doc. Et finaliter tenet ibi
Jo. an. in nouella. q̃ teneat talis citatõ. Et

diſtinguit ibi triplicē actū in citatōne. Pri/
mus actꝰ eſt p̄ceptū de die citādo. Secun
dus eſt illiꝰ p̄cepti executio.ſ.ipiꝰ citātꝫ actꝰ
Tertiꝰ eſt ꝓceſſus ex tali citatōe inchoatus
Primꝰ actꝰ vt dicit nō reqͥrit cauſe cognitō
nem.⁊ iō pōt fieri die feriato. vt in.l.fi.C. ꝺ
ferijs. Secūdꝰ actꝰ ex eadē rōe ſilr poteſt fie
ri die feriato. Tertiꝰ actꝰ ē q̇ eſt inchoatiuꝰ
ꝓceſſus.iſte cū habeat cauſe cognitionē ta/
li die nō pōt expediri.⁊ remittit ad ſpe.ti. de
cita.§.j.℣. Itē ꝙ citatio. Jo.calꝺ.etiā tenet
ꝯtrariū. Et inť alias rōes moueť. qꝛ citatō
eſt de ꝓceſſu etiā ꝑ ſe ⁊ p̄ncipaliť. vt ī decre.
qm̄.de ꝓba. Pro hac facit.qꝛ ꝑ talē actuꝫ ꝑ
petuať iuriſdictio eo ꝙ eſt actꝰ iudicialiſ. vt
no.de off.dele.licet. Ex q̊ g̊ eſt iudicialis nō
debet fieri die feriato.⁊ eſt h̄ foꝛte tutius: et
ita ſeruať. Qn̄ aūt fit citatio vt decima die
cōpareat.an tūc dies receptōis ſeu inſinua
tionis lr̄aꝝ citatōis cōputeť ī numero dieꝝ
exꝑſſoꝝ.no. Guil.in ſpe.de cita.§.viſo.℣.pe
nulť.⁊ de dilat.§.j.℣.ſꝫ pone Et tenet ꝙ nō
cōputeť ar.c.ſuꝑ eo.extra de ap.in fi. Itē in
foꝛma citatiōis nō poſui de certa hoꝛa.ſ.cō
pareas die tali hoꝛa tali tertiaꝝ vľ veſpera/
rū.⁊c. Ex q̊ g̊ nō eſt p̄fixa certa hoꝛa debꝫ iu
dex expectare reū ad finē diei.ſ.vſqꝫ ad illaꝫ
horā qua p̄t in cām.qꝛ incūbit an̄ noctis te
nebꝛas expedire.de of.dele.ꝯſuluit. De grā
tm̄ p̄t eū expectare vſqꝫ ad diē ſequētē.vt ibi
Itē nec de loco fit mētio.qꝛ oꝛdinariꝰ certū
habꝫ locū ſiue ꝯſiſtoꝛiū.vt ſuꝑ dixi. Secꝰ ī
delegato. Vn̄ ipe dꝫ certū locū aſſignare. ꝺ
reſcrip.olim.⁊.c.fi. Diciť in foꝛma: cōꝑeas
legitime. Vn̄ pōt cōparere ꝑ ſe vel ꝑ ꝓcura
toꝛē.vt poſtea dicā. Et delegatꝰ regulariter
nō pōt quē citare vt ꝑſonaliť corā eo cōpa/
reat Fallit ī caſibꝫ h̄ de q̇bꝫ in.c.j.de iudi.li.
vj. Itē dꝛ q̄rimonijs talˀ rn̄ſurꝰ ⁊ nō exp̄miť
cauſa ꝓpter quā citať. Sꝫ ꝑ talē citationem
nō induciť litꝫ pēdentia.vt ī cle.ij.vt liť.pen
den. Ad h̄ g̊ ꝙ citatio faciat litē pendere ad
effectū ꝙ nihil poſſit īnouari.reqͥriť ꝙ cita/
tio ſit inſtruēs.videlicꝫ ꝙ ꝑ cā ꝯſtet ſuꝑ q̊ de
beat reꝰ ꝯueniri. Itē ꝙ a cōpetēti iudice ſit
facta ⁊ ꝙ ꝑuenit ad noticiaꝫ citati.vt ī cle.j.
vt liť.pen. De h̄ tm̄ an in citatōe ſit cauſa exp̄
mēda ⁊ q̄re fiat no.ꝑ Jo.an.in addi.ſpe.§.j.
ſuꝑ ℣. Itē ꝙ in ea nulla cā. Ibi videť tenere
ꝙ exp̄mēda ſit cauſa ꝑ rōes plures quas ibi
adducit.ſꝫ cōiter nō ſeruať. Itē citatꝰ citať
ſolū vt rn̄deat q̄rimonijs actoꝝ in cauſis ī
q̇bus poſſet ꝓcedi liť.nō ꝯteſt. vt ſunt inq̇ſi/
tiones .accuſatōes.⁊c.de q̇bꝫ ſuꝑ feci mētio
nem. Poſſet reꝰ a p̄ncipio citari ad totā cau
ſam.ſ.ad ꝓcedendū ⁊ ad ꝓcedi videndum ī
tali cā ad oīs ⁊ ſingulos actus incūbētes.
ſeruatis termīs debitis ⁊ ꝯſuetꝫ vſqꝫ ad dif
finitiuā ſn̄iam incluſiue cū omnibꝫ ⁊ ſingulˀ
actis actitatꝫ.ſcripturis lr̄is ⁊ munimentis
quibꝫ ī negocio hmōi vti intēdit.⁊ ſe iuuare
cū intimatōe ꝙ ſiue cōparuerit vt p̄ferť ſiue
nō.nos nihilominꝰ in cauſa p̄dicta ꝓut iu/
ſtum fuerit ipſiꝰ citati ꝯtumacia ſeu abſen/
tia nō obſtāte ꝓcedemꝰ.⁊ eo vlteriꝰ nō niſi ꝑ
valuas eccīe p̄dicte citato. Et qn̄ talˀ ē cau
ſa p̄uilegiata.vt electio.poſtulatio.⁊c.⁊ eo/
dem mō citať.nō opoꝛtet euꝫ ꝓpterea poſtea
ad ſingulos actꝰ de nouo citari. Alias ſi nō
eſt cauſa p̄uilegiata in ꝓceſſu.vel ſi eſt talis
citatio ꝙ iſto mō nō eſt citatꝰ.ſꝫ ſolū q̄rimo
nijs rn̄ſurꝰ ⁊c.tūc opoꝛtet ipm ad ſingulos
actꝰ vocari.vt videť dicere Guil.in ſpe.ꝺ ci
tatione.§.viſo. Dicit tm̄ ibi Jo.an.in addi.
ꝙ hoc ꝓcedit vbi iudiciū nō eſt ī loco remo
to a dyoc.citati.puta in curia. Nā tūc qꝛ eēt
difficillimū citatōes ꝑ ſingulis actibꝫ mitti
poteſt ꝓcedi ad examinatiōem cauſe ⁊ diffi/
nitionē ſi ꝑs nō venit. Si aūt ꝑs venit vľ ꝓ
curatoꝛ citabiť ad ſingulos actꝰ.etiā ſi ī vno
fuerit ꝯtumax.de quo pleniꝰ ꝑ Jo.an.ī ad
di.ſpe.de cita.§.viſo.ſuꝑ.℣.dn̄s autē meus
De cōminatōe q̇d debeat fieri dixi ⁊ remiſi
ſuꝑ foꝛma citatōis delegati. Nō tm̄ cōmina
tio talis faciēda eſt de neceſſitate.nec habet
vim ꝑempť.niſi alias ꝑempť.exp̄mať.de q̊ ī
ſpe.de cita.§.viſo.℣.ſed queriť. In fine cita
tionis poniť Datū ⁊c.nec ſubſcribūť teſtes
⁊c.qꝛ ſufficit lr̄am citatōis eſſe ſigillatam ſi
gillo iudicis.ſiue ſit an̄ iudicialis.ſiue de iu
dicialibꝫ.vt no.in.c.qm̄.de ꝓba. Citatiōes
tm̄ que emanāt de curia redigūť ꝑ tabellio/
nem in publicā foꝛmā.⁊ h̄ eſt tutiꝰ in arduis
maxime corā delegato. Et tm̄ de decreto ci
tationis ⁊ eiꝰ foꝛma. q̇ tm̄ extēdi pōt ſicut vi
ſum fuerit expedire

¶ De actu citationis

Nunc uideamꝰ de
actu ipiꝰ citatōis qualiť iſte ſe debe
at h̄re cui cōmittiť citatio facienda
ꝑ lr̄as vel voce viua.qꝛ debet accedere ipm
citādū.⁊ citare ſm̄ ꝙ ſibi ē iniunctū ſi citādꝰ
copiā ſui facit. Si nō pōt eū h̄re ꝑſonaliter

de h̃ ꝓteſteẛ ⁊ de diligẽtia circa h̃ facta. Et
ſemp̱ citand⁹ eſt q̇s ſi inueniẛ de eo q̇ mit. in
poſ. cau. rei ſer. c. vl. Si nõ inueniẛ citeẛ ꝓ-
curatoꝛ ei⁹ ſi quẽ dimiſit quẽ dimittere tene
tur q̇ ſe abſentat. maxime ſi ſemel eſt citatus
de ꝑcu. dilect⁹. de eo q̇ mit. ĩ poſ. c. fi. Si ꝓ-
curatorẽ nõ dimiſit faciat citatõꝫ ad domũ
⁊ req̇rentẛ amici. de quo in. c. cãm q̃ de do. ⁊
ꝯtu. ⁊ ibi ĩ glo. ⁊ in. c. vlẛ. eo. t. ⁊ in. c. vl. ꝺ eo
q̇ mit. in poſ. Itẽ in eccĩa in cui⁹ parrochia
deget ⁊ moꝛaẛ cũ ꝑpl'us ꝯueniret ad diuina
Et tradiẛ certa foꝛma in citatõe. videlicꝫ in
tali vel tali loco publiceẛ. Et iſta foꝛma ẽ ẛ-
uanda in. l. diligẽter. ff. mãdati. in. c. cũ dile-
ctus. de reſcrip. vt in citatõibꝫ que emanant
a curi. in q̇bꝫ ſcribiẛ. ſi ei⁹ copiã hr̃e poteritꝫ.
Alioq̇n in domo habitatõis ſue ⁊ in eccl'ia
cathedrali ⁊c̃. Nõ tñ debet citãs intrare do
mum citãdi eo inuito. qꝛ faceret ei iniuriaꝫ.
ff. de in ius vo. l. plericꝫ. de quo in ſpe. de ci
ta. §. ſequiẛ. ẟ. ſꝫ an reo. ⁊ in cle. cauſam ꝺ ele
ctiõe. Et ꝺꝛ abſens q̇ eſt extra ꝓuinciã. vt ibi
no. Quãdiu ḡ q̇s copiã ſui facit nõ eſt citan
dus ad domũ. qꝛ ad citationẽ ad domũ re-
curriẛ quaſi ad vltimũ refugiũ. vt no. Ho-
ſti. de do. ⁊ ꝯtu. cauſam que: niſi in caſibus
in q̇bꝫ etiã ſufficit p̄ma vice. ⁊ qñ hꝫ locum
citatio ad domũ. plene no. p̱ Inno. ⁊ alios ĩ
c. vlẛ. de eo q̇ mit. in poſ. imo nõ ſufficerꝫ de
nunciari ꝓcuratoꝛi ſi ip̃e eſt pñs. Ita tenet
Vin. in. c. vlẛ. de do. ⁊ ꝯtu. ⁊ qñ loc⁹ citandi
nõ poteſt tute adiri. papa mãdat citationeꝫ
fieri p̱ edictũ. de quo de iudi. ca. j. in cle. Et
poteſt iſte cui cõmittiẛ citatio faciẽda p̱ aliũ
citare. vt tenet Gof. ⁊ Hoſt. in. c. vlẛ. de eo q̇
mit. in poſ. Licet ip̃e petr⁹ ⁊ abbas tenẽt cõ
trarium. Et dꝫ fieri citatio claris ẟbis. An
aũt credatur nũcio referẽti ſe citaſſe tractat
Guil. in ſpe. de cita. §. ſequiẛ. ẟ. ſꝫ nũq̇d cre-
deẛ. ⁊ ſequẽti. ⁊ ꝯſulit ibi ꝙ iudex q̇libet. ma
xime delegat⁹ pñte actoꝛe ⁊ tabellione iniũ
gat nũcio ꝙ ip̃e talẽ reũ ex p̱te ſua citet ſub
tali forma. Dic ꝙ tali die ⁊ loco p̱empẛ. cõ
pareat in tali cauſa coꝛã eo rñſur⁹. Et tunc
notari⁹ id p̄ceptũ iudicis ⁊ mãdatũ nuncio
factũ redigat in actẛ. Quia dato ꝙ nũcio cre
daẛ ſup̱ actu citatõis p̱ eũ facto. nõ tñ credi
tur ſibi ſup̱ cõmiſſiõe facta ſibi. vt ibi diĉ io.
an. in addi. Nã Gof. tractãdo de edicto. ſi q̇ſ
in ius vocat⁹ ⁊c̃. Dicit ꝙ ad h̃ ꝙ loc⁹ ſit huic
edicto ſex eſſe neceſſaria. q̇ꝝ ſecundũ ponit
ꝙ de mãdato iudicꝫ facta ſit citatio. Et hoc

ponit ꝑpter malos nũcios q̇ ſine mãdato vo
cant interdũ. Et ꝑpter h̃ ꝙ diĉ Io. an. in ad
di. ſpe. in loco. ſtatim alle. Et reprobat qꝺ ĩ
multis foꝛis ſeruaẛ. ꝙ p̄ceptũ nũcio factũ ꝺ
citãdo nõ ſcribiẛ. Sꝫ qñ ſcribiẛ relatio ci-
tationis ꝺꝛ ſic. Retulit tal' nũci⁹ ſe de mãda
to iudicꝫ citaſſe talẽ. ⁊c̃. Cũ tñ ipſi⁹ officium
nõ ſit circa mãdatũ. ſꝫ circa executiõꝫ mãda
ti. Scribat ḡ notari⁹ in actis quõ tal' iudex
ꝯſtituit talẽ nũcium ſuũ ad citatiões in tali
cauſa faciẽdas. q̇ nũcius iurauit coꝛp̱aliter
tacto euãgelio ſancto om̃s ambaſiatas ⁊ ci
tationes ĩ ea cauſa ſibi p̱ iudicẽ impoſitas ⁊
p̱ ip̃m iudicẽ imponẽdas fideliter facere et
referre. Et ibi etiã ip̃e Io. an. in addi. in iſto
dubio. An credaẛ nũcio etiã publico iura
to ſup̱ citatõibꝫ. Vel an poti⁹ ſtandũ ſit iu-
ramẽto p̱tis volẽtis iurare ſe nõ citatã reci
tat diuerſaſ opiniones q̇d ſentiãt circa hoc
doctoꝛes ⁊ practici. Hoſti. in ſum. rubꝛi. de
ꝯtuma. §. ij. ẟ. q̇d ſi abſens. tenet finaliẛ ꝙ h̃
eſt relinquendũ arbitrio iudicis q̇ p̱ſonarũ
⁊ negocij qualitate pẽſatis vel credat nũcio
vel negãti ſe citatũ iuramẽtũ deferat ad ſui
innocẽtiã oñdendã. Et h̃ placet Io. an. ĩ ad
di. vbi ſup̱. ꝑpter ḡue p̱iculũ qꝺ ĩmineret p̱-
bo viro nõ citato ex dicto vilis ribaldi. non
tñ eſt h̃ ſic arbitrariũ ſiĉ illud. de q̇ in. c. ꝯſu-
luit. de off. dele. de q̇ nõ licet q̃relari. Unde
ſi iudex h̃ caſu male arbitrareẛ ꝑpẛ grauamẽ
põt appellari. qꝛ videm⁹ qñqꝫ peſſimos iu-
dices ſiĉ ⁊ nuncios. Qñ ẟo citatio fit p̱ lr̃as
ꝓbaẛ facta citatio h̃ ip̃o ꝙ citatoꝛ remiſit lit
terã citatõis ſeu cõmiſſiõis ſibi facte appo-
nendo ibi ſigillũ ſuũ. ⁊ h̃ habet general' cõ-
ſuetudo. ita no. p̱ Hoſt. in. c. qm̃. de ꝓbati.
Tñ meli⁹ eſt ꝙ p̱ lr̃as ſuas reſcribat diem ⁊
formã ſue citatõis facte. maxime qñ fit cita
tio vt die. x. vel. xij. cõpareat. ⁊c̃. Qualiẛ aũt
debeat citari capitulũ no. in. c. bone. j. de ele
ctiõe. qꝛ ip̃m capl'm capitulariẛ aggrauatũ
citari dꝫ ſi p̃t rep̱iri. Si nõ p̃t rep̱iri ꝯuoca
ri. vel ſi nolũt aggregari. tũc faciat h̃õ qꝺ p̃t
Vñ citeẛ publice ĩ eccĩa. vt ibi ꝺꝛ in glo. q̃ ĩ
cipit. Et ſic citenẛ etiã ſinguli nõ tãqꝫ ſingl'i
ſꝫ tanq̃ꝫ illi ex q̇bꝫ ꝯſtituiẛ capl'm ⁊ q̇ vna cũ
alijs faciũt capl'm. al's citatio nõ valeret. qꝛ
cauſa capituli nõ eſt cã ſinguloꝝ. vl' ecõuer
ſo. xij. q. ij. q̇ manumittiẛ. Et no. in. ca. bone
iam alle. Facta igiẛ citatõe ſi fit p̱ nũciũ re-
deat nũci⁹ ad iudiceꝫ. referẽdo ſibi in pñtia
tabellionis q̃liter vbi ⁊ qñ ⁊ ad quid reum

# Actus citationis

citauit. Et iſta nūcij relatio eſt in actis ſcri
bēda. Et pōt ſic ſcribere tabellio. Anno do
mini. ⁊c. die tali corā tali iudice ī mei nota/
rij p̄ntia tal' nūcius retulit ſe citaſſe talē in/
uentū ⁊ pſonalit' apprehēſum vel ſi non fuit
apprehēſus retulit ſe dixiſſe pcuratori tali l'
familie ſue ꝙ die tali. tali hora cōpareret co
ram p̄dicto dn̄o iudice ad pcedenduz ⁊ ad
pcedi videndū in tali cauſa q̄ vertit' int' ipm
⁊ talem ſup tali re. vel ad iurandū vel ad iu
rare videndū d̄ calūnia. vel ad videndū iu/
rare teſtes. ⁊c. Ille v̄o cui cōmittit' citatio fa
cienda p lr̄as ſolet in cedula affixa citatōne
vl' in ipa citatōis carta a tergo ſcribere ſub
hac forma. Ego N. pleban⁹ vel rector tal'
eccīe talē ſ̄m formā p̄ntis mādati vel citatō
nis citaui tali die vt tali die cōpareat coraz
tali iudice in cauſa tali p ſe vel p pcuratorē.
iuxta p̄ntium lr̄aꝝ ꝯtinentiā ⁊ tenorē. vel re
cognoſco me litteras p̄ntes tali die vel tali
publicaſſe ⁊ intimaſſe ⁊ eſſe fidelit' executū
ipm citādo put recepi in mādatis. In cui⁹
teſtimoniū ſigillū meū p̄ntib⁹ eſt appenſum
Utrū aūt ordinari⁹ poſſit citare ſubditū ſu
um extra iuriſdictionē ſuā p nūciū vl' p lr̄as.
le. ⁊ no. ꝙ ſic. in. c. romana. in. §. ꝯtrahentes
de fo. cōpe. li. vj. Quia igit' citat⁹ ſic p iudicē
⁊ de ipi⁹ mādato d₃ in termino corā ipo iu/
dice cōparere. Et h̄ ſi eſt iudex ordinari⁹ ſu⁹
iſte q̇ citat ſeu citare mādat vel delegat⁹. ⁊ h̄
exp̄mit' in citatōe. vt ſupra dictū eſt Ul' ſi eti
am nō eſt ſu⁹ ꝓprius iudex ordinari⁹. habet
tn̄ alias iuriſdictionē ordinariā. ⁊ ī citatiōe
exp̄mit' talis cauſa. q̄ ſi vera eſſet deberet co
ram eo rn̄dere. ſ. q2 dic̄ eū ꝯtraxiſſe vel deli/
quiſſe in terra q̄ eſt ſc₃ de iuriſdictōe citātis
de quo plene p doc. in. c. ij. de dila. Alias ſi
nō cōpareret ꝯtumax reputaret'. Si v̄o cita
tio eſſet tal' q̄ nō artaret ad veniendū. ⁊ p cō
ſequēs nō inferret ꝯtumaciā. ſicut eſt citatō
temeraria q̄ citatū nō artat. vt in. c. bone. §.
de elec. ꝯcord. cle. paſtoral'. de re iudi. v̄. no/
torium q̄ppe. Et nōnulli ſunt caſus in q̇buſ
citat⁹ venire nō tenet'. de q̇b⁹ in glo. notabili
in. c. veniēs. de accu. ⁊ ibi p Jo. an. ſuper ea
Et ſolet de h̄ tradi vna general' regula in. c.
ij. de dila. videlic₃ ꝙ vbicū ꝗ in citatōe po/
nitur aliq̇d iniuſtū vel inhoneſtū. vl' tale ꝙ
certū eſt citato cōpetere exceptionem decla
matoriā iudicij. Ut ſi citat' ſpoliat⁹ ꝙ rn̄de/
at ſpoliatori ī cauſa ciuili. vel aliter in cauſa
criminali. vel militi alteri⁹ negocia pcurāti
ex quo tal' error exp̄mit' in citatōe ire non te
netur citat⁹. Et idē ſi alias eſt notorium ſ̄m
aliq̄s. de q̄ dicēdū vt ibi. Aliq̄ tn̄ diſtinguūt
q2 aut ipo iure deficit iuriſdictio citātis. vt
ſi laicus clericū citaret. ⁊ tūc citat⁹ ſi iſtd̄ eſt
notoriū venire nō tenet'. nec valet pceſſus ꝯ̄
eū. aut ope exceptōis pōt citat⁹ ſe ſubtrahe/
re ⁊ cōparere ⁊ excipe. al's tenebit pceſſus ꝯ̄
eum. de q̊ p Jo. an. in addit'. ſpe. de citat'. §. j.
Cōtumax eſt q̇ trinis edict; vel vno pemp/
torio citat⁹ nō venit. vel venit ſ₃ nō obedit. l'
illicētiat⁹ recedit. extra de excef. p̄la. c. ex lr̄iſ
Jta diffinit Guil. in ſpe. de ꝯtu. §. j. Hoſti. ī
ſumma diffinit ſic Cōtumacia eſt erga iudi
cem vl' p̄latū cōmiſſa inobediētia. Et dicit
cōmiſſa q2 ſp obediendū eſt. de q̄ de tē. ord̄.
ad aures. in glo. ⁊ ſup ea. Et diuerſi ſūt mo
di ꝯtumacie. de q̊ in. c. ij. de do. ⁊ ꝯtu. in glo.
⁊ ſup ea. in. c. q̄m frequēter. vt lit. nō ꝯteſt. in
§. j. Quia ſi latitat vel impedit ne citatio ad
eū pueniat. vel min⁹ inſtructus cōparet ⁊c.
De q̄ etiā in ſpe. de ꝯtu. §. j. Jtē ꝯtumacia ē
multiplex. Aliqua eſt ꝯtumacia v̄a ⁊ vere q̄
alias d̄r euidēs vel notoria. vt qn̄ citatus re
ſpondet ſe nō ventuꝝ. nec ꝙ trāſponet pedē
ij. q. vj. §. ſunt etiaz quorū. Et an ſufficiat h̄
dicere extra iudiciū. q2 ſi in iudicio diceret:
eſſet indubitatū. Et alias ſeptē dubia circa
hoc pulcre tractat Jo. an. in addi. ſpe. d̄ cō
tumacia. §. j. Secūda ꝯtumacia eſt vera p̄/
ſumpta. vt q2 apprehēſus eſt citat⁹ pſonalit'
ſed nō venit in termino. l. ex ꝯſenſu. §. fi. ff. d̄
ap. Jſta d̄r vera eo reſpectu q2 apprehenſus
pſonalit'. Preſumpta tn̄ d̄r. q2 in nō venien
do poteſt forte excuſari ꝓpter aliqd̄ impedi/
mentū. Tertia ꝯtumacia eſt ficta. vt q2 non
eſt apprehēſus pſonalit'. ſ₃ citat⁹ ad domum
de quo etiā in clemētina vnica de do. ⁊ ꝯtu.
in glo. magna. Et valet iſta ſcire ꝓpter ſequē
tia maxime ad iſtud. q2 p ꝯtumacia obligat'
ꝯtumax ad reſtitutionē expenſaꝝ. C. d̄ iudi.
l. ſanctimus. S₃ qualitas p̄dicta videlicet
ſi eſt ꝯtumax euidens ſiue notori⁹ aggrauat'
ex tali qualificatiōe in duob⁹. Primo in ex/
penſis. nō dico reſtituēdis. ſ₃ pus reſtituen
dis anq̄₃ abſoluet'. de ſen. excō. venerabilib⁹.
§. ſec⁹. li. vj. Secūdo in eo ꝙ nō h₃ bn̄ficiuz
vel etiā redditus vel puētus coram iudice.
de quo p Jo. an. in addi. ſpe. vbi ſup̄. Si g̃
actor eſt ꝯtumax puniet'. vt in. c. actor. de do
lo ⁊ ꝯtu. li. vj. q2 ſoluit expēſas ⁊ cū hoc non
admitteret' ad aliā citationē. niſi cautionem

faciat ꝙ velit de cetero fidelit̃ cõparere. vt
ibi. Põt tũc etiã reo inſtãte ⁊ docere volẽte
de iure ſuo ꝓcedi ad diffinitõʒ lit̃. nõ ꝯteſ. ở
quo in. c. cãm q̃. de do. ⁊ ꝯtu. ⁊ q̃lit̃ tũc ſit ꝓ/
cedendũ ⁊ in q̃bꝰ citatõnibꝰ vocãdꝰ ſit actoꝛ
ꝯtumax. plene ꝑ Jn. ⁊ alios in. c. j. vt lit̃. nõ
ꝯteſt. Sʒ ſi reꝰ eſt ꝯtumax penas hʒ. q̃a põt
excõicari. Uel ſi talis eſt cauſa in q̃ poteſt fi
eri miſſio. ⁊ in q̃ ꝓcedi nõ poteſt lit̃. nõ ꝯteſt.
Sed ſi eſt cauſa in q̃ ꝓcedi poteſt lit̃. nõ cõ/
teſta. ex ꝑuilegio iuris vel hoĩs. vt dicit ſuꝑ
in clemen. diſpẽdioſam. de iudi. ⁊ in clemẽ.
ſepe. de ꝟ. ſig. Tũc procedi poteſt in ꝑncipa
li ad receptionẽ teſtiũ ⁊ ad diffinitiuã ſentẽ
tiam in penã cõtumacie rei. Jta tamẽ ꝙ reꝰ
citetur ad ſingulos actus. de quo etiaʒ ſuꝑ
dixi. Et ſic cõſeruatores dati vniuerſitati/
bus ſtudioꝝ ⁊c. procedere poſſunt in princi
pali ꝯtra ꝯtumacẽ cum de ſpeciali mãdato
ꝑncipis ꝓcedere debeãt ſummarie ⁊ de pla
no ⁊c. Poſſunt tñ ſi volunt ꝯtra reum ꝯtu/
macem ꝓcedere ad excõmunicationẽ vl̃ miſ
ſionem ſicut aliꝰ iudex. Termino igitur cita
tionis aduenientе actoꝛ cõpareat ꝑ ſe vel per
procuratorẽ eiꝰ. ſi talis eſt cauſa in qua ꝯſti/
tui poteſt ꝓcuratoꝛ cũ litter̃ citatoꝛijs ⁊ fa/
ciat fidem iudici. de executione ſeu inſinua/
tione citationis facte reo ꝑ modum quẽ pre
dixi. accuſando cõtumaciã ⁊ abſentiã ipſius
citati. petẽdo ꝓnunciari eũ ⁊ reputari cõtu/
macem. ⁊ ꝯtra eum tanq̃ ꝯtumacem ꝓcedi
vt. C. de iudic̃. properandũ. §. ⁊ ſi quidem.
Et notat̃ ꝑ Guil. in ſpe. de ꝯtuma. §. ſequit̃.
⁊ de cõparitione. §. j. Et facit ſingula redi/
gi ⁊ cõſcribi in actis. de ꝓbat̃. quoniã cõtra
Et iudex ꝓnunciabit ſeu reputabit eum cõ
tumacẽ: dicendo. Talem ꝑ nos ⁊ de mãda
to noſtro citatũ in diẽ hodiernũ ad inſtanti
am talis ſuꝑ re vel cauſa tali ⁊ ſufficiẽter ex
pectatũ. nec ꝑ ſe nec ꝑ reſpõſalem compare
re curantẽ ad petitionẽ ⁊ requiſitionẽ ipſius
actoris vel ſui ꝓcuratoris cõparẽtis. ⁊ eiuſ
dem abſent̃ ꝯtumaciã accuſant̃ ⁊ petentis
eundẽ ꝑ nos ꝯtumaceʒ reputari. reputamꝰ
prout eſt merito ꝯtumacem

¶ Et iuxta iſtam formã ſcribet etiam tabel
lio. ſcʒ Anno dñi ⁊c. die tali. hora tali. coraʒ
tali iudice cõparuit talis actoꝛ vel talis ipſi
us ꝓcuratoꝛ. qui ꝓcuratoꝛ mãdatũ ꝓcura/
toꝛium cuiꝰ tenoꝛ inferiꝰ inſerit̃ ꝓduxit vna
cum lr̃is citatoꝛijs ⁊ alijs litteris ſigillo tali
ſigillatis. vel inſtrumẽtis ſuꝑ executionẽ ci
tationis eiuſdẽ cõfectis. quaꝝ tenoꝛ ſimilit̃
infra ꝯtinetur. Et talis citati ⁊ nõ cõparen/
tis ꝯtumaciã accuſauit. petẽs eũ ꝑ ipm̃ iudi
cem ꝓnunciari ⁊ reputari cõtumacem. ⁊ ſi/
bi decerni ꝯtra eũ lr̃as opoꝛtunas. quẽ diu
tius expectatũ ipſe iudex cõtumacẽ reputa/
uit. ⁊ litteras ꝯtra ipm̃ decreuit opoꝛtunas
nec eſt vis an ſic ſcribat tabellio in perſona
ſua vel in ꝑſona iudicis. Jſto modo talem
nõ comparentẽ diutiꝰ expectatũ reputamuſ
ꝯtumacẽ ⁊c. de quo de cõuer. ꝯiuga. duduʒ
de do. ⁊ ꝯtuma. c. j. ⁊. ij. Et ita debʒ actoꝛ cõ
parere in termino corã iudice ⁊ ꝯtumaciam
rei accuſare. Si ğ etiã actoꝛ nõ cõparet. tũc
fiet cõpenſatio ꝯtumacie actoris cũ ꝯtuma
cia rei. vt no. de do. ⁊ ꝯtu. actoꝛ. li. vj. Si au
tem reꝰ nõ cõparet ⁊ etiã iudex eſt abſens vl̃
impeditꝰ. ita ꝙ ſi cõparuiſſet nõ fuiſſet ꝓceſ
ſum in cauſa. an reputet̃ ꝯtumax ⁊ ꝯdẽnari
debeat in expẽſis eſt glo. notabilis. in. c. vlt̃.
de do. ⁊ ꝯtu. ⁊ eſt glo. vl. Et poteſt iudex a q̃
vult pena incipe. videlicet vel ab excõicatõ
ne vel ĩmiſſione. vt in. c. tue. vt lit̃. nõ ꝯteſ. vt
ibi no. Et dʒ altera a ꝑn. eſſe ꝯtentꝰ q̃ magiſ
timet̃. vt. e. ti. c. qm̃. §. vlt̃. in fi. Honeſtiuʒ tñ
eſſet vt a miſſione incipet̃. q2 ꝑus eſt recur/
rendũ ad res q̃ȝ ad ꝑſonas vt ibi no. Judex
ergo ꝓcedendo ad miſſionẽ ꝯ ꝯtumacem in
actione reali. puta ſuꝑ equo vel fundo. De/
cernit actorẽ mittendũ tũc in poſſeſſionem
rei petite cauſa cuſtodie. Et fiat miſſio ꝑ h̃ ꝟ
ba Decernimꝰ ꝯſtituimꝰ vel mittimꝰ vel iu
bemꝰ te eſſe poſſeſſorẽ talis rei cauſa cuſto/
die. Et volumꝰ ꝙ tal̃ miſter noſter ponat te
actualit̃ in poſſeſſionẽ. ⁊ talẽ miſſꝝ dʒ dare
iudex vt h̃ impleat ⁊ ei referat qñ factum ſit
Jta dic̃ Jn. in. c. j. de eo q̃ mit. in poſ. Et licʒ
Jn. ponit etiã ibi aliã miſſionis formã. illa
tñ ibi placet Hoſti. ⁊ Jo. an. in nouella. Et
ex tali miſſiõe ex ꝑmo decreto actoꝛ erit poſ
ſeſſoꝛ rei. ſʒ cõmutabil̃. ſic ꝙ ſi reꝰ venerit co
ram iudice infra annũ. ⁊ cautioneʒ p̃ſtet de
ſtãdo iuri ⁊ reſtituat expẽſas actoꝛi. ipẽ poſ
ſeſſionẽ recuꝑabit. vt ĩ. c. qm̃ frequẽt. §. ĩ ali
is. vt lit̃. nõ ꝯteſ. Et dato ꝙ actoꝛ miſſus ꝓp̃
potẽtiã rei vl̃ cã doli nõ poſſit poſſeſſionem
coꝛꝑalit̃ adipiſci. adhuc iur̃ diſpoſitiõe ĩtel
ligit̃ poſſidere ad effectũ p̃ſcriptõis annua
lis. vt ĩ. c. ꝯtingit. ở do. ⁊ ꝯtu. Si ꝟo reꝰ ñ ve
nerit infra annũ p̃ſtãdo cautõʒ. vt dictũ eſt
reſtituẽdo expẽſas. Actoꝛ etiã citra ſcd̃m de
cretũ ꝑ anni diſcurſuʒ verꝰ erit poſſeſſoꝛ ſm̃

cōem opīonem. vt ī alle. §. ī alijs. ꝛ ibi no. de
do. ꝛ ꝯtu. ꝯtingit. ꝛ reꝰ ñ audiť niſi ſup ꝓprie
tate illiꝰ rei. Si aũt ē actio pſonaľ. puta q̇a
agiť certi ꝯditōe ex mutuo. ꝛ reꝰ eſt ꝯtumax.
mitteť actoꝛ i poſſeſſionē rex mobiliũ cōtu/
macꝫ ſi talia hꝫ. Alioq̄n i poſſeſſionē īmobi
lium ꝑ mō ꝛ mēſura debiti declarati ī libel
lo actoꝛ. qđ etiā hꝫ declarare iuramẽto. Et
an h̄ ſufficiat vľ req̄rať ꝓbatio ꝑ teſtes vľ in
ſtrumēta. tractat Guil. ī ſpe. đ ꝯtu. §. ſeq̄ť. ṽ.
Itē q̄d đꝛ de offi. iudi. §. vlť. ibi ꝑ Jo. an. in
addi. ſpe. ſup ṽ. iiij. dicēdũ. ꝛ ṽ. vj. q̄rendũ. Et
vſq3 ad q̄ntũ tp̄s tũc audieť reꝰ ſup ilľ reb3 ī
q̄s miſſio facta ē. le. ꝛ no. vt lit. nō ꝯteſt. q̄m̄
§. vlť. in fi. ꝛ in glo. fi. ꝛ ſup ea. qꝛ audiť do/
nec īteruenīat ſcđm decretũ. Pꝰ ſcđm vero
decretũ an ꝛ q̄ñ audiať. refert an ꝑ ſcđm de
cretũ ſit adiudicata poſſeſſio actoꝛi. an res
ſit adiudicata inſolidu3. Si eſt adiudicata
poſſeſſio audiť. ſ3 actoꝛ habebit cōmodum
poſſeſſiōiſ donec p̄ncipale ſit finitũ. Si reſ
eſt adiudicata inſolidũ p̄cluſa ē via reo. q̇a
tũc nō audiť. Et iſta h̄ñt locũ ī ꝯtumace añ
liť. ꝯteſt. Quid aũt fit in ꝯtu. poſt liť. ꝯteſta.
ꝯtracta. ꝛ qualiter ꝓcedeť. patebit loco ſuo.
Et iſte ē vnꝰ modꝰ ſ̄m quē ꝓcedeť ꝯ̄ ꝯtuma/
cem. nō tñ multũ feſtinabit iudex ad facien
dam miſſionē. de do. ꝛ ꝯtu. ꝯtingit. in glo. j.
Puniť etiā ꝯtumacia ꝑ pignoꝝ captionem.
extra đ do. ꝛ ꝯtu. c. ij. Inſti. đ execu. tu. §. fi.
ꝑ mulctā. ꝛ modis alijs. de q̄ in ſpe. đ ꝯtu. §.
vlť. ṽ. ſ3 nunq̄d facta. ꝛ ṽ. itē ꝑ mulctā. Et ꝙ
iudex etiā ecciaſticꝰ pōt īponere mulctā. ha
beť de pe. licet no. de do. ꝛ ꝯtu. c. j. Et đ mul
cta ponit Hoſt. ſpēalem rubricā in ſum. de
ſen. ꝛ re iu. Et đ ea tractat ſpe. đ ſen. pla. §. ij
ṽ. eſt ꝛ q̄rta. Si aũt iudex vult infligere ꝯtu
maci penā excōicatōis ſic ꝓcedat ꝯ̄ eũ. qꝛ hꝫ
eũ monere vt adhuc obediat cōparēdo in/
fra certũ terminũ cōpetentē. ꝛ ꝯtumaciā ſu/
am expurget. Et ſi iudex ē delegatꝰ pōt ſcri/
bere ſub iſta forma. A. decanꝰ vľ ſcolaſti/
cus ꝛc̄. taľ eccie. iudex cauſe. ꝛ a ꝑtium infra
ſcriptaꝝ. a ſe. ap. ſpēaliť delegatꝰ. Uniuerſiſ
ꝛ ſinguľ ꝑpoſitꝫ. decanis. cuſtodib3. hebdo/
madarijs. plebanis ꝛ diuiñoꝝ rectoꝛib3. cu/
ratis. nō curatꝫ. clericꝫ. ꝛ notarijs publicis.
q̄buſcũq3 ꝑ ciuitatē ꝛ dyoc̄. talē. ac aľs vbi/
libet ꝯſtitutꝫ q̄ p̄ñtib3 fuerint req̄ſiti Salu
tē in dño. ꝛ mādatis nr̄is. imo veriꝰ ap̄ľicis
firmiť obedire. Aup autoꝛitate ap̄ľica nob
in hac ꝑte cōmiſſa. citauimꝰ ꝛ citari fecimꝰ
talem. vt tali die ſibi ꝑ termīo ꝑemptoꝛio aſ
ſignato cōpareret ī tali loco legitime coꝛam
nobis q̄relis talis rñſurus. Sed quia ide3
citatꝰ in termio hmōi ſufficiēter expectatus
cōperere ꝯtēpſit. Uñ p̄dicto A. actoꝛe vľ eiꝰ
ꝓcuratoꝛe coꝛā nob in termīo p̄dicto cōpa/
rēti ꝛ p̄dicti citati nō cōparētis ꝯtumaciam
accuſante petēte ip̄m ꝑ nos ꝯtumacē repu/
tari. ꝛ ꝑ ꝯtumacia hmōi ꝯ̄ eũ ꝓcedi. ip̄m re/
putauimꝰ ꝓut erat merito ꝯtumacē. ꝛ ꝯ̄ eũ
duximꝰ ꝓut iuſtũ fuerit ꝓcedēdu3. Idcirco
vob oīb3 ꝛ ſinguľ ꝯiũctim ꝛ diuiſim ī ṽtute
ſancte obediētie ꝛ ſub pena excōmunicatōiſ
quā in vos ꝛ in quēlibet veſtꝝ ſi mādatum
noſtꝝ hmōi neglexeritꝫ vel ꝯtēpſeritꝫ adim/
plere. canonica tñ triũ dieꝝ monitōe p̄miſ/
ſa in his ſcriptis ferimꝰ firmiť ꝛ diſtricte p̄/
cipiēdo mādamꝰ. q̄tinꝰ accedatꝫ vbi ꝓpterea
fuerit accedēdũ. ꝛ memoꝛatũ A. ꝯtumace3
publice ꝛ diligēteꝛ moneatꝫ. quē nos p̄ſenti
bus ꝑempť. ammonemꝰ vt añ. xij. dies ꝯti/
nuos a monitōe hmōi cōputādos. p̄dicta3
ſuā purgādo ꝯtumaciā. iuri pareat coꝛā no
bis. aut cũ p̄fato A. actoꝛe amice vel in iure
ſe cōponat. Alioq̄n ip̄m ꝑ ꝯtumacia hꝰmōi
excōicamꝰ in dei noīe ī his ſcriptꝫ. quē ſic ex
cōmunicatũ publice infra miſſaꝝ ſolennia
coꝛā ꝓp̄ľi multitudine đ ambonib3 denũcie
tis diē executōis ꝛc̄. vt ſ̄ in foꝛma citatiōis.
In iſta foꝛma poniť narratio quō reus fuit
citatꝰ ꝛ nō cōparuit. ꝛ fuit eiꝰ ꝯtumacia ac/
cuſata. S3 iſta ṽba narratiua h̄ nō ꝓbāt. vt
in cle. lr̄is. de ꝓba. Oportet ḡ ꝙ de h̄ ꝯſtet ꝑ
regiſtꝝ cauſe ſeu ꝑ acta ꝯſcripta ꝑ tabellio/
nē ꝛc̄. Et iō dixi. debēt redigi ī actꝫ ꝛ actita
tis. Itē moneť reꝰ añ excōicatō3. qꝛ ſꝑ ſn̄iam
excōicatiōis ꝛ etiā alias ſn̄ias cēſure p̄cede/
re d3 monitio. aľs ip̄a ſn̄ia excōicatōis eſt ī/
iuſta ex oꝛdine. ꝛ eā ꝓferēs habebit penas. đ
quib3 in. c. ſacro. in p̄n. de ſen. excō. Et q̄ñ ſic
ferť ſn̄ia excōicatōis nō p̄miſſa monitōe. vľ
alias ſub ꝯditione ſi monitꝰ putauerit ſen/
tentiā iniuſtā vel p̄ceptũ ſeu monitionē. de/
bet appellare infra tp̄s monitōis vľ añ ꝯditi
onem. ad h̄ vt appellatio ſuſpēdat ſn̄iam ex/
cōmunicatōis. de q̄ in. c. p̄terea. ij. de appel.
Et d3 monitio hr̄e cōpetētia tp̄is īterualla
Uñ aliq̄ñ poniť in monitoꝛio vt infra. xij.
dies. q̄ꝝ q̄ttuoꝛ ꝑ p̄mo. q̄ttuoꝛ ꝑ ſecundo. ꝛ
reliq̄s q̄ttuoꝛ ꝑ tertio ꝛ ꝑemp. termīo ac mo
nitione canonica aſſignamꝰ ꝛc̄. de q̄ ī. c. ꝯſti
tutiō3 đ ſen. ex. li. vj. niſi facti neceſſitas aliť

ſuaſerit moderãda. vt qꝛ ꝑtes ſunt ad rixas
⁊ ad arma parate. eo. ti. et ca. Sufficit tñ ſi
ne illi⁹ clauſule expꝛſſiõe ſi alias ſit cõpetẽs
termin⁹ ſi ꝯ collegiũ vel vniuerſitatẽ eſt ꝓ/
cedendũ. qꝛ vniuerſitas vl' collegiũ non po
teſt excõicari. vt in. c. romana. §. i vniuerſi/
tate. de ſen. ex. li. vj. tũc dꝫ collegiũ vl' vniuer
ſitas interdici. Vñ dꝛ tũc ĩ forma. in ſingl'a/
res pſonas excõicatõis. in capitulũ vel ꝯuẽ
tum ſuſpẽſionis. ⁊ ĩ ecciam vel mõaſterium
interdicti ſniãs ferim⁹ ⁊c̃. vel vniuerſitatem
ipam interdicim⁹ ⁊c̃. Si aũt eſt eps vel ſu/
perioꝛ archieps ꝑmo dꝫ ſuſpẽdi. ſ. ab ĩgreſ/
ſu eccĩe. niſi nimia ꝓteruitas ꝯtumacie exi/
gat. deinde creſcẽte ꝯtumacia interdici. ter
tio excõmunicari. vt in. c. ij. de off. dele. li. vj
Subiũgit in mãdato ex tũc ꝓut ex nũc. ex
nũc ꝓut ex tũc. ſꝫ h̃ nõ opoꝛtet. vt no. in. c. p̃/
terea. c. ij. de appel. ꝑ Jn. Hoſt. ⁊ Ab. ſ. ꝟ. ex
cõmunicatũ. ⁊ in cle. vnica. de ꝯceſ. pben. ſu
per ꝟbo ex nũc. Jtẽ dꝛ in his ſcriptꝭ excõica
mus ⁊c̃. qꝛ ſnĩa excõicatõis ferri dꝫ ĩ ſcriptiſ
de ſen. ex. c. j. li. vj. §. q̃ſq̃s igit᷑. Sꝫ ꝙ dicat᷑ ꝺ
ſnĩa in his ſcriptis: credit Guil. in ſpe. ti. de
ſen. pla. § Ut aũt. ꝟ. ⁊ nota. ꝙ excõ. ſen. ꝙ nõ
ſit neceſſariũ. Cõſuluit tñ ꝙ dicat᷑ deinde ſi
excõicat⁹ ꝑſeueret in ꝯtumacia iudex proce
dat ad aggrauationẽ ſentẽtie Vñ creſcente
ꝯtumacia creſcere debet ⁊ pena. vt lit᷑. nõ cõ
teſta. quoniã freq̃ter. in fine. Et tũc ſolet
ſcribi ſub iſta foꝛma

¶ Talis iudex delegat⁹ vl' oꝛdinari⁹ tali re
ctoꝛi. ⁊c̃. Salutẽ in domino ⁊c̃. Dudũ au/
ctoꝛitate apl'ica nobis ĩ hac ꝑte cõmiſſa ſi ẽ
delegat⁹ talẽ citam⁹ ⁊ citari fecim⁹ in termi
num talẽ ad inſtantiã talis. Et quia ĩ termi
no hmõi cõparere ꝯtumaciter non curauit
nos ꝓ cõtumacia hmõi tulim⁹ ſnĩam excõ/
municationis in eundẽ. ⁊ ipm mãdauimus
excõmunicatũ publice denũciari. Sꝫ quia
idẽ in hmõi ſua ꝯtumacia ꝑdurãdo p̃dictã
excõmunicatõis ſnĩaꝫ temere ꝯtempſit ⁊ dã
nabiliter in ea ꝑſoꝛdeſcit. Quare cũ creſcen
te ꝯtumacia merito creſcere debeat ⁊ pena.
vobis mandam⁹ quaten⁹ p̃dictum N. excõ
municatũ ſingul' diebꝫ dñicis ⁊ feſtiuis ac/
cenſis cãdelis ⁊ demũ extinctꝭ in terrã ꝓie/
ctiſ. ſonãtibuſqꝫ cãpanis publice ꝺ ambone
coꝛã ꝓpl'o nũcietis. ⁊ faciatꝭ tãqꝫ excõicatum
eũ ab oĩbꝫ artius euitari.

¶ Oꝛdinarij breuius ſic ſcribunt
Talis p̃poſit⁹ vl' offic̃. tali rectoꝛi ſeu pleba
no Salutẽ in dño. Quia tal' citat⁹ a nobis
in certũ terminũ ad inſtãtiam tal' nõ cõpa/
ruit. q̃re vob mãdam⁹ q̃ten⁹ eũ ꝑempt. mo/
neatis vt adhuc infra. x. dies ꝯtinuos a rece
ptione pñtiũ cõputãdos ſe cum p̃dicto N.
amice vel ĩ iure cõponat. Alioq̃n ipm excõ/
municam⁹ ĩ dei noĩe ĩ his ſcriptis quẽ ſic ex
cõmunicatũ publice de ambonibꝫ nuncietꝭ
Datũ Anno dñi ⁊c̃.

¶ Aggrauationẽ ſic ſcribũt officiales
Offic̃. vel iudex general' plebano tal' eccl'ie
Salutẽ in dño. Quia talis excõmunicat⁹ a
nobis ꝓ ꝯtumacia ad inſtãtiã tal' hmõi ſen
tentiã nõ foꝛmidat. q̃re vob mãdam⁹ q̃tin⁹
ipm excõicatũ ſingul' diebꝫ dñicis accenſis
cãdelis ⁊ pulſatꝭ cãpanis publice de ambo
nibꝫ nũcietis Datũ ⁊c̃ ¶ Ulteri⁹ ſi adhuc n̄
curat parere iuri ⁊ petere abſolutõꝫ dirigit᷑
aliud mãdatũ ſub iſta foꝛma vt ſequit᷑
¶ Offic̃. talis ⁊c̃. Salutẽ in dño. Licꝫ talẽ du
dũ excõmunicauim⁹ ꝓ ꝯtumacia aggraua/
tionis ſnĩa ſubſecuta ad inſtãtiã tal' Jpẽ tñ
hmõi ſnĩas temere ſuſtinet aĩo ĩdurato. q̃re
vob mãdam⁹. q̃tin⁹ eũ excõicatũ ⁊ aggraua
tum ſic̃ ꝑus publice nũcietꝭ. inhibẽtes oĩbꝫ
⁊ ſingul' veſtris ꝓrochianis ne eidẽ ſic excõ
municato emẽdo vl' vẽdẽdo ſal. aquã. ignẽ.
cibũ vel potũ miſtrãdo. vl' alias q̃uis gene/
re cõmunionis ꝓhibite ꝑticipẽt. q̃uis mõ ꝯ
faciẽs ⁊c̃ Ul' ſic. ſi canonicã ⁊ noſtrã fugere
voluerint vltionẽ minoꝛꝭ excõicatiõis ſnĩa
quã ꝑ h̃ incurrũt foꝛe ligatos publice nũci
etis. Ul' ſic. alioq̃n ꝯ ipos ꝑ executõis ſnĩaꝫ
vel alias penas ꝓut iuſtũ fuerit ꝓcedemus

¶ Et ſciẽdũ ꝙ ꝑticipãtes excõicato regula
riter ĩcurrũt minoꝛẽ ſnĩaꝫ cũ ſit veniale. ꝺ q̃
in. c. cũ ſacris. qꝺ me. cau. ⁊ ibi ple. ꝑ Jo. an.
in cõmẽto. ⁊. c. cũ deſideres. de ſen. ex. p⁹ pn.
Sũt tñ aliq̃ pſone ꝓuilegiate vt ꝑticipẽt ex
cõicato. de q̃bꝫ in. c. q̃m m'tos. xj. q. iij. Et ĩ
certꝭ caſibꝫ etiã eis licite ꝑ alias pſonas cõi
cat᷑. de q̃bꝫ ĩ. c. ſi ꝟe. de ſen. excõ. cũ ꝯcoꝛꝺ. Et
licꝫ ꝑticipãtes etiã añ inhibitõꝫ iudicis in/
currũt minoꝛẽ. tñ iſta inhibitio fit eo ꝙ pl⁹
timeri ſolet qꝺ ſpẽalit᷑ iniũgit᷑ q̃ꝫ qꝺ genera
liter impat᷑. Jtẽ ex h̃ maioꝛ ꝯſurgit ꝯtẽptus
qꝺ ꝯtra ꝓhibitionẽ iudicꝭ fit vel fac̃. vt no. ĩ
c. alle. ſacris. Participãtes tñ excõicato nõ
poſſunt ꝓpter h̃ excõmunicari maioꝛi excõi/
catione. niſi ꝑus nominatim ⁊ in ſpecie no/
minent᷑. vt iuxta foꝛmã ⁊ diſpoſitionem ca/
pituli ꝯſtitutiõꝫ. ꝺ ſen. ex. li. vj. Et ꝑticipãſi

crimine eadē ſnīa inuoluit. de q̄ in. c. ſi cōcu
bine. de ſen. excō. ¶ Poſtea ſi nec ſic pt ꝯtu
max a ſua ꝯtumacia reuocari. ſolet īdici ceſ
ſatio a diuīs q̄ꝫdiu pn̄s fuerit excōmunica/
tus. ⁊ etiā iſtā p̄cedere debet monitio. quia
oēm vindictā p̄cedere dꝫ monitio. xij. q. ij. i
digne. Et ſcribūt ꝑ ordinariū ſub hac for/
ma. ¶ Offic. talis tali plebano Salutem ī
dn̄o. Quāuis tal' dudū a nob excōicationiſ
ſnīa ꝑ ꝯtumacia ad inſtātiaꝫ talis innodatꝰ
diuerſis aggrauatōibꝫ ſubſecutꝫ. idem tn̄ A
ſnias hmōi ⁊ penas ꝯtemnēs eas temere ſu
ſtinet. ⁊ ī eis ſordeſcit aīo obſtinato Vn̄ ſua
exigēte ꝯtumacia ipm magꝫ aggrauare cō/
pellimur. l' ꝯ ipm rigidiꝰ ꝓcedere nos optet
Jō vobis mādamꝰ quatenꝰ ꝓcōſules cōſu/
les ⁊ maiores ipiꝰ opidi tal'. vl' iuratos ⁊ po
tentes tal' ville publice moneatꝫ vt infra di/
es. viij. vel. xv. p̄dictū excōicatū ab eoꝝ ꝯſoꝛ
tio ꝑticipatōe ⁊ cōmuniōe eijciāt. excludāt.
vel quantū in eis eſt ipm inducāt. vt ad ſan
cte matris eccleſie gremiū redeat. iuri ꝑeat
corā nobis. ⁊ bn̄ficiū abſolutōis curet obti
nere. Alioqn q̄ꝫdiu ⁊ q̄ties idē excōicatus ī
eccia veſtra vel eiꝰ termīs pn̄s fuerit vl' mo
ram traxerit. domiciliū vel māſionē habue
rit. ceſſetꝫ ⁊ ceſſare faciatis ab officio diuīo/
rum. quē ſic ſuſpēdimꝰ dei noīe ī his ſcriptꝫ
Datū ⁊c. ¶ Aduertendū tn̄ q̄ ꝓ pecuniario
debito nō poteſt fieri interdictum generale
vt in extrauagāti. ꝓinde Bonifacij. viij. Et
an dicta ceſſatio cenſeat̄ general' vel ſpālis.
tractat Jo. cald. ti. de cita. in tractatu de cē
ſura eccl'iaſtica circa fi. Et in p̄dicta forma
mouent̄ maiores loci. quia ſnīa hꝰmōi per
quā inducit̄ ceſſatio etiā ipi puniūt̄. Sꝫ qꝛ
ꝓncipalit̄ fert̄ ſnīa ꝯ ꝯtumacē. Etiā ipe de/
beret ꝓus moneri. vt ſup̄ allegatū eſt. Tn̄ p̄
dicta forma ī formis ordinarioꝝ frequētat̄.
ſꝫ iſte forme nō ſunt ita p̄ciſe q̄n mutant̄ ſm
diuerſitatē foroꝝ. Cōueniūt tn̄ ī effectu ⁊ fa
cile eſt ſtilū ⁊ ꝯſuetudinē cuiuſlibet fori pra
cticū ſeq̄. Solēt etiā iſti ꝓceſſus aggrauati
onū dilatari diuerſ modis ſcribēdi ſic.
¶ Vn̄ ꝯ ipm ſua ꝯtumacia expoſcēte ad pe
nas grauiores nos ꝓducere oportꝫ. vt q̄s ti
mor dei a malo nō reuocat. coerceat ſaltem
ſeueritas eccleſiaſtice diſcipline. de vi. ⁊ ho.
cle. vt clericoꝝ. Vel ſic. ¶ Cū nos dudū ta
lem ꝓ ꝯtumacia ad inſtātiā tal' duxerimus
vinculo excōicatōis innodandū. Ipeqꝫ cō
temptꝫ eccie clauibꝫ tāq̄ꝫ inobediētie filiꝰ ad

huc in ḡue ſalutis aīe ſue p̄iudiciū ⁊ ſcanda
lum fideliū ꝑtinacit̄ in ſua ꝯtumacia ꝑſeue
ret. Jō ne de ſua ꝯtumacia poſſit gloriari ⁊
ne facti ſui ꝑuerſitas alijs trāſeat p̄ſumpto/
ribꝫ ī exemplū. ſꝫ potiꝰ pena ipſiꝰ ſit metꝰ al/
teriꝰ ⁊c. Et maxie q̄n ordinariꝰ ꝓcedit ad cor
rectionē exceſſuū ſolēt ſcribere. videlicꝫ Jd
circo ne facilitas venie alijs incētiuū tribu
at delinquēdi. ī alle. c. vt clericoꝝ. Itē q̄a ſi
ea habet q̄ male vſurpant̄ vel perpetrantur
omittimꝰ exceſſus viā alijs apimꝰ. vt. xxv.
q. ix. loci. Vel ſic. Nꝛ abſcindēda ſūt vulne
ra q̄ fomētoꝝ nō ſentiūt diſciplinam. lxxxij.
diſ. plurimos. Itēꝫ vt alij eiꝰ exēplo a ſil'ibꝫ
arceant̄. ꝺ vi. ⁊ ho. cle. clericos. Itē pēa vni
us ſit metꝰ alteriꝰ. vt ī. l. capitoliū. §. famoſi
or. ff. de penis. Itēꝫ ne facti ꝑuerſitas alijs
trāſeat ī exēplū. in. c. tāta. de exceſ. p̄lat. circa
mediū. Itēꝫ qꝛ vbi maior ē culpa. maior dꝫ
exerceri vindicta. de here. excōicamꝰ. §. cre/
dētes. Itē qꝛ vbi magꝫ excedit̄ eſt ſeueriꝰ iu
dicandū ſeu vindicādū. in. ca. tāta. ſup̄. alle.
Pōt etiā ꝓcedi ꝯ ꝯtumacē ad ſuſpēſionē ab
officio ⁊ bn̄ficio. Et q̄lis ordo ſuād ꝰ ſit ī in
flictione penaꝝ. no. in. c. cū nō ab hoīe. ꝺ iu
di. q̄a aliꝰ eſt ordo q̄n pene ſunt infligēde ꝓ
ꝯtumacia. ⁊ aliꝰ ꝓ crimīe. vt no. ī glo. vlt. et
ſuꝑ ea. Et de tāto maior ē ꝯtumacia ꝺ q̄ꝫto
a re minori inſurgit. vt no. Jo. an. xcvj. diſt.
duo. in glo. ſꝫ male. ⁊ no. e. ti. c. cū nō ab ho
mine. Itē ſi cōparet corā iudice. nō tn̄ vult
rn̄dere nulla iuſta cā eū excuſante. vl' illicen
tiatꝰ recedit reputabit̄ ꝯtumax. vt dixi ſup̄ ī
deſcriptōe ꝯtumacꝫ. Itē dꝫ citatꝰ tēpeſtiue
arripe iter. qꝛ ſi tarde arripiat ex impedimē/
to ſibi ī via ꝯtingēte nō excuſabit̄. Ita colli
git̄ ab ar. in. c. cū in veteri. ꝺ elec. Et ibi per
Jo. an. ī. pn̄l'. glo. fac̄. c. venerabilibꝫ. ꝺ ſen.
excō. §. idē eſt. ī glo. Et ſi citatꝰ mittit ꝓcu/
ratorē. ſꝫ iſte n̄ cōparet ⁊ ꝯtumax efficit̄. ꝓpt
talē ꝯtumaciā ꝓcuratorꝫ nō debꝫ excōicari
dn̄s. ſꝫ tūc q̄n dn̄s eū ſcit ⁊ n̄ purgat. vt ī. c.
j. vt lit̄. nō ꝯteſ. Et vt ſnīa excōicatōis ꝓ ꝯtu
macia ꝓcuratoris iuſte ferat̄ ꝯ dn̄m dat ibi
Hoſti. ꝯſiliū. q̄ iudex anq̄ꝫ hāc ſniam ferat:
ſignificet dn̄o ꝯtumaciā ꝓcuratorꝫ. aſſignā
do ſibi terminū ad eū purgādū ne poſſit p̄/
tendere ignorātiā. Et licet nō poſſit dn̄s ex
cōicari ꝓpt̄ ꝯtumaciā ꝓcuratorꝫ. vt dictū eſt
poteſt tn̄ cōtra ipſum miſſio fieri. dānabilit̄
etiā punit̄ in expēſis. vt dicūt Hoſti. ⁊ Jn. ī
alle. c. j. vt lit̄. nō ꝯteſt. Sꝫ dn̄s hꝫ actiōꝫ ꝯ

ꝓcuratorē.de q̄ ibi plene ⁊c. ¶ Deinde ſi cō
tumax excōicat⁹ veniat coraꝫ iudice ⁊ velit
ſtare iuri ⁊ petat abſolutōꝫ.dꝫ abſolui rece/
pta cautiōe ꝙ iuri pareat. vt in.c. q̄ frōte.de
ap. Et ad h̄ eſt ps citāda ꝑ q̄ lata fuerit ſnīa
excōicatōis.dato tn̄ ꝙ nō vocet̄ tenet abſo/
lutio.de q̄ ibi no. ⁊ de iudi.c.j. ⁊ in ſpe.de cō
tumacia.§.fi.ꝟ.ſꝫ pone. Dicūt tn̄ Pe. Ab .et
ꝯditio poſtea extiterit ⁊ fuerit purificata vl'
modus ſeruatꝰ. Itē an teſtis nouerit perſo/
nas ꝯtrahentiū. Itē an p̄cium interuenerit
⁊ an preciū ſolutū fuerit. in qua moneta per
quē cui quo loco t̄pe die hoꝛa. quibꝫ p̄ñtibꝫ
⁊ ſemꝑ de cauſa ſciētie. de auditu fama cer/
titudine ⁊ credulitate ⁊ ſingulis circumſtā
tȷ̃s alȷ̃s que ad veritatē faciūt eliciendaꝫ ⁊
detegendā falſitatē. de teſti. cū cauſam. Ple
niſſime de teſti. §. iam de interrogatoꝛȷ̃s. in
ſpe. Et cautū eſt ꝙ hmōi interrogatōnes di
ſtincte forment̄ ponēdo an̄ qualibet. Itē vl'
ꝯſimile vt tradit doctrinā Guil. in ſpe. de te
ſtibꝫ. §. nūc de interrogatoꝛȷ̃s. Et fiūt inter
rogatoꝛia circa ꝑſonas teſtiū ⁊ circa dicta.
Sed dicit Guil. in ſpe. de teſti. §. iam de in
terrogatoꝛȷ̃s. ꝟ. in ſumma ꝙ ſunt duo gene
ra queſtionū ſeu interrogatoꝛiaꝝ. Unū ge/
nus fit ad deſtruendū dicta teſtiū. Aliđ ad
fundandū exceptōes. i. intētionē eius ꝯ quā
teſtes ꝓducant̄. quia teſtis deponere debꝫ ꝑ
vtraqꝫ ꝑte. Dicit tñ Io. an. ibi in addi. ꝙ in
terrogatoꝛiū nō debet ꝯtinere nouū capitu
lum ꝓ aduerſario. Exemplū Titius ꝓducit
teſtes cōtra Seyum ad ꝓbandū mutuum.
Seyus dat interrogatoꝛiū petēdo interro
gari teſtes ſuꝑ ſolutōe mutui. ſcꝫ an ſoluerit
hoc faciendū nō eſt. quia Seyus de hoc hꝫ
facere capitulū ⁊ Titiꝰ interrogatoꝛia. Pri
mum genꝰ interrogatoꝛiaꝝ fit dupliciꝛ. vi/
delicet vel rōe ꝑſone teſtis. vt quia eſt excō/
municatꝰ. inſtructꝰ. ſuboꝛdinatꝰ. iudeus. ſu
ſpectus. vel alias minꝰ idoneus ad teſtificā
dum. vel rōe dicti. vt qꝛ deponit contraria.
vel vacillat. vel nō reddit aptā dicti ſui cau
ſam. De diuerſis aūt interrogatoꝛȷ̃s et for/
mis interrogatoꝛiaꝝ ꝑ Guil. in ſpe. de teſti.
§. iam de interrogatis. De hoc etiā in. c. pre
ſentium. de teſti. li. vj. Et ibi textus loquit̄ ꝺ
interrogatoꝛȷ̃s. ⁊ in glo. ponit̄ forma. ⁊ an/
te nō habuimꝰ textū de eis. De materia etiā

iſta no. in.c.ꝑ tuas.⁊ in.c.cũ cãm.de teſtibꝫ.
Et ibi no.ꝙ ſi aliq̃ neceſſaria ĩterrogatio fu
erit omiſſa poſt publicatõꝫ atteſtationũ. pe
titur a iudice vt iteꝝ ĩterroget. vt qđ omiſ/
ſum eſt recupet. Idẽ Guil.in ſpe.§.nũc vi/
dendũ.in fi. Et iſta ĩterrogatoria vel copia
de ipis nõ debẽt dari pti aduerſe ꝓducenti
teſtes ꝓpter ſubordinatõis timorẽ. q̃ eis ha
bitis poſſet inſtruere teſtes vt ꝯcorditer ad
interrogata rñderent ne poſſet falſitas de/
ꝓhendi.⁊ ſic ꝑ hoc tolleret efficacia interro
gatorioꝝ q̃ ad h̄ ſunt inuẽta vt falſitas faci/
cilius depꝛehendat.ſꝫ dant iudici q̃ debet il/
las moderare.ſuperflua ⁊ inutilia reſecare.
Si aũt nõ facit.nec ps dat interrogatoria
tũc iudex faciet iſta q̃ habent in.c.cuꝫ cãm.
de teſti. Et ꝯſulit Oſti.ꝙ poti⁹ fiãt ſupflua
q̃ꝫ aliqđ neceſſariũ omittat ex duabꝫ cauſis
Prima q̃ ſi factũ eſt interrogatoriũ ⁊ omit
titur negligẽter neceſſariũ ſeu doloſe ſupple
bitur ſeu repetit nõ obſtãte publicatõne. vt
ſupra dictũ eſt. Secunda cauſa q̃ forte iu/
dex ex officio plura reſecabit vel reſecarꝫ q̃ꝫ
expediret. Ita no.in.c.p̄ſentium.de teſti.li.
vj.ſup glo.interrogatoria

De teſtibꝫ recipiẽdis ⁊ examinãdis

Factis rñſionibꝫ ad poſitiões ſi ꝑ eas re
us cõfitet poſitiões.releuat ꝑ talẽ ꝯfeſſionẽ
actor a ꝓbatiõe.⁊ tũc nõ reſtat aliud niſi cõ
feſſum ꝯdẽnare.q̃ nõ ſunt ptes iudicis ad
ꝯfitentẽ niſi vt ꝓnũciet.đ traſac.p̄terea. Ad
uertat tñ diligẽter actor an oĩs ſuas poſi/
tiones ſit re⁹ ꝯfeſſus. Si g̊ aliq̃s poſitiões
eſt ꝯfeſſus videat an ꝑ ꝯfeſſatas ei⁹ intentio
fundata ſit vel probata. ⁊ tũc ſniam poſtu/
lat ipe actor. Et promptiores ſunt negatio
nes in iudicijs ꝑ quas oportet ponentẽ on⁹
ꝓbandi ſubire. Vñ ſi reus oĩes vel aliq̃s
poſitiões negauerit.tunc habet actor ſuam
intentionẽ ꝓbare.ff.de ꝓba.l.ei qui.vj.q.vl.
accuſator. Actor g̊ tũc petat ſibi terminum
dari ad ꝓbandũ.⁊ iudex ſtatuet ſibi termi/
num cõpetentẽ ꝓ p̄ma dilatõe.q̃ dare iubꝫ
tres dilatiões.de teſti.vltra tertiã.no. de di
lat.c.j. Vel ſm alios ſtatuat terminũ vnuꝫ
ꝓ omnibꝫ dilatõibꝫ.videlicet ꝓ p̄ma ſecũda
⁊ tertia dilatiõe.p̄mũ tñ ſeruat De q̃ in ſpe.
de ꝓba.in p̄n. Et no.in alle.c.j.de dila. ple/
nius in.ca.in cauſis.de teſti.in glo . Finita
tñ p̄ma dilatiõe iudex nõ dabit ſcđaꝫ niſi ex
iuſta cauſa. Vñ vt ibi dic̃ Inno.ſecunda ⁊
tertia dilatio dabit qñ petẽs illã oſtẽdit ſe ĩ
peditũ in p̄ma. Quantũ aũt ad tempis ſpa
cium cõtinere debeãt iſte dilatões habetur
in.§.ſpaciũ.iij.q.iij.no.plene ꝑ Io.an.in.c.
vltra tertiã.de teſti.in cõmento. Actor g̊ q̃
vult ꝓducere teſtes.faciat eos ꝑ iudicẽ vo/
cari.q̃ teſtis ſine vocatiõe ſe ingerens ex h̄
qđammodo ſe ſuſpectũ reddit. vt.C.đ teſt.
autẽ.rogati.⁊ faciat citari aduerſariũ vt vi
deat eos iuuare.alias receptio teſtiuꝫ cõtra
abſentẽ nõ vocatũ facta nõ valet.vt in.c.ij.
de teſti. Iudices aũt raro ꝑ ſe recipiũt te
ſtes.vel eos examinãt ſꝫ alijs committunt.
De hoc cõquerit Oſti.vt ſcribit Io.an.i.c.
p̄ſentiũ.de teſt li.vj.ſup glo.interrogatoria
De quo etiã in ſpe.de teſti.§.nũc tractãdũ.
℣.licet aũt dixerim. Nã in probationibꝫ pẽ/
det totũ ius cauſe. Vñ deberẽt iudices po
tius cõmittere alia q̃ꝫ teſtiũ examinationeꝫ
facit.xliiij.diſ.quieſcamuſ. Sꝫ q̃ ex quo eſt
onerosum eis.ideo de facili ꝑ eos cõmittit.
qđ tñ fieri nõ deberet. Si tñ vtiq̃ꝫ cõmitte/
re vellẽt.deberẽt nõ notarijs vel alijs ſim/
plicibꝫ.ſꝫ idoneis diſcretiſ ⁊ honeſtiſ delega/
re.de teſti.ſi q̃ teſtiũ.de teſti.cogen.c.j.de cõ
ſang.⁊ affi.c.j. Quia tñ qñq̃ꝫ teſtes ſũt ꝙ nõ
poſſunt vel nõ tenent ad iuicẽ venire ꝓ te/
ſtimonio ferẽdo.ſꝫ iudex ad eos ire vel mit/
tere debet ꝓpter p̄uilegiũ vel impotẽtiã ipo
rum teſtiũ.videlicet ſi teſtes ſunt egregie ꝑ/
ſone vel mulieres.aut ſenes ſeu remoti. Vt
q̃ ꝓducit eſt paup ⁊c.de quo in.c.ſi q̃ teſtiuꝫ
de teſti.⁊ ibi de hoc dant verſus. Vñ tunc
eſt iuſta cauſa cõmittendi alijs receptioneꝫ
teſtiũ ⁊ examinationẽ.vt ibi no.de teſti.cuꝫ
cauſam. Prius tñ q̃ꝫ ſcribat iudex ſeu com/
mittat examinationẽ teſtiũ.recipit cautiõeꝫ
ab eo ꝯtra quẽ ꝓducunt teſtes. vel commit
tat vt vadat infra terminũ cõpetentẽ ad vi
dendũ iuuare teſtes.vt dicit Guil.in ſpe.de
teſti.§.qualit.℣.ſunt autẽ teſtes. De h̄ tamẽ
eſt dicendũ vt no.in.c.ꝯſtitutiſ.de fideiuſſo.
in glo.antepenul.⁊ ſup ea.⁊ in.c.ſtatutũ.de
reſcript.in glo.penult.li.vj. Et fit cõmiſſio
ſub hac forma

Forma cõmiſſionis recipiẽdi teſtes.

N.decan⁹ ⁊c. Iudex cauſe ⁊ ptium infra
ſcriptaꝝ a ſede apoſtolica delegat⁹ vel arch
idyaconus vel officialis ⁊c.tali notario pu
blico vel alteri cui cõmittit Salutẽ ĩ dñ̃o.
Quia talis actor in cauſa quã tali reo mo/
uet in iudicio corã nobis ad intentioneꝫ ei⁹
fundandã nõnullos intendit ꝓducere teſtes

# Juramentum teſtium

quoꝝ receptioni ⁊ examinatōi pſonaliter i/
tereſſe nō valem⁹. Jdcirco de veſtra legali/
tate ⁊ diſcretōe plurimū cōfiſi vobis cōmit
timus ⁊ mādamus q̄ten⁹ teſtes quos idem
actoꝛ vel ei⁹ ꝓcuratoꝛ vobis duxerit nomi/
nandos ad veſtrā pn̄tiam ꝯuocetis. recepto
qꝫ ſcḿ formā iuris ⁊ iudiciȷ̄ moꝛē ab eis pri/
mitus iuramēto ſup intētione ⁊ articulis p̄
ſentibꝫ incluſis. vel vobis ꝑ parte actoꝛꝫ ex
hibendis. ⁊ ſcḿ interrogatoꝛia partis alteri
us ſi vobis dabunt̄ cogatis eoſdem verita
ti teſtimoniū ꝑhibere atteſtatōes in publi/
cam formā redactas ſigillo veſtro clauſas.
fideliter ⁊ ſecrete incluſas ꝑ nunciū fidelez
⁊ idoneū nobis ī talē diē remittatꝫ. Uel ſic.
Talis iudex ⁊c̄. Salutē in dn̄o. Noueri
tis ꝙ in cauſa q̄ inter talē ex vna. ⁊ talez pte
ex altera vertit̄ in iudicio corā nobis parteſ
hincinde nōnullos volētes ꝓducere teſtes
ꝓ fundāda ſua intētione. quos corā nobis
difficile foret ꝓducere ⁊ partibꝫ oneroſum.
Jdcirco diſcretioni veſtre cōmittimus. ac
firmiter ac diſcrete p̄cipiendo mandamus
quaten⁹ teſtes quos ps vtraqꝫ ꝓducere cu/
rauerit corā vobis infra ſpaciū vni⁹ mēſis.
vel talem diē legaliter recipe. ac eos ſup ar/
ticulis a ptibꝫ hincinde ī cauſa huiuſmodi
datis. ⁊ ſcḿ interrogatoꝛia partiū que vob
vna cū pn̄tibꝫ trāſmittim⁹ ſcḿ datam a deo
vobis prudentiā diligēter examinare cure/
tis ſeruata forma debita ⁊ cōſueta.
Depoſitōes ipoꝝ teſtiū cū articul̄ ⁊ īter/
rogatoꝛiȷ̄s p̄dictꝫ ac toto ꝓceſſu quez ſup h̄
corā vobis hr̄e ꝯtingit ſub ſigillo veſtro fi/
delit̄ incluſ. nob q̄ꝫtoti⁹ poteritis remittere
ſtudeatꝫ. Aliqn̄ cōponit etiā forma com/
miſſionis decipiēdis teſtibꝫ reprobatoꝛiȷ̄s
clauſa ſub iſta forma. Nō ſi forte altera pti/
um teſtes alteri⁹ reprobare voluerit. teſtes
ſup reprobatōne hmōi ꝓducēdos infra. xv.
dies poſt dictū mēſem īmediate ſequentes
fideliter admittere ⁊ examīare ſolicite ſtu/
deatꝫ. Aliqn̄ etiā addit̄ clauſula. Teſtes ꝓo
ſi ſe gr̄a odio vel amoꝛe p̄cio vel timoꝛe ſub
traxerint ꝑ cēſurā eccl̄iaſticā ad ꝓhibēdum
teſtimoniū veritatꝫ auctoꝛitate nr̄a. imo ve
rius apl̄ica cōpellatꝫ. Aliqn̄ etiā additur
clauſula videlicet ſignificātes nob q̄nta fi/
des poſſit ipis teſtibꝫ adhiberi. Jſta clauſu
la habet̄ de fideiuſſ. ꝯſtitut⁹. in fi. ibi de h̄. d̄
quo etiā no. in. c. qm̄ ꝯtra. de pba. de iſta cō
miſſione ſeu remiſſiōe ⁊ ei⁹ forma vide i. c.
p̄ſentiū. de teſti. li. vj. vbi papa fac̄ remiſſiōz
ad ptes ꝑ teſtibꝫ ꝓducēdis ⁊ d̄ receptoꝛibꝫ
teſtiū. an poſſit vlteri⁹ cōmittere habet̄ d̄ re
iudi. cū bertold⁹. ⁊ in cle. iudices. de offi. de
le. Pōt etiā iudex h̄ officiū cōmittere tabelli
oni ſeu notario cauſe. ⁊ ſic exercebit vtrūqꝫ
officiū. ſ. receptoꝛꝫ teſtiū. ⁊ ſcriptoꝛꝫ. ⁊ ita te/
net Jnno. in. c. qm̄ ꝯtra. de ꝓba. Et h̄ etiaz
habet general̄ ꝯſuetudo. Et dic̄ ibi Oſtien
ſis. ꝙ ſanū eſt ꝯſiliū ꝙ de cōmiſſione iudicꝫ
tabellioni facta fides fiat nō ꝑ ipm tabelli/
onem cui facta eſt cōmiſſio. qꝛ ei in h̄ nō cre
ditur. ſꝫ ꝑ inſtr̄m alteri⁹ tabellionis vl̄ lr̄as
autētico ſigillo ſigillatas. Auꝫ g̊ ps ꝓducit
teſtes ſuos corā iudice vel eo cui h̄ eſt com/
miſſum. debēt teſtes iurare dicere veritatez
quia ſine iuramēto dictis eoꝝ nō creditur
quantūcūqꝫ ſint religioſi. niſi iuramentūz
eis a partibus remittatur. vt in. c. nuper. et
in. c. de teſtibꝫ. de quo etiā in ſpec̄. de teſti. §.
ſequitur.

## Forma iuramenti teſtium

Forma aūt iuramēti teſtiū habetur d̄ te
ſtibus. fraternitatꝫ. in vl̄t. glo. qꝛ iurabūt ꝙ
dicant totā veritatē iudici vel cui cōmiſerit
quā nouerint de iſta cauſa ſeu re ſuper qua
iurant. Jtē ꝙ nullam interſerāt falſitatem.
Jtem ꝙ pro vtraqꝫ parte dicāt iudici veri/
tatem quā ſciūt. Jtem ꝙ dicāt omnē verita
tem ſiue ſint interrogati ſiue nō. Jtē ꝙ nec
p̄cio nec amoꝛe vel odio. ſeu ꝑ aliquo com/
modo teſtimoniūz dicāt. Et de facto addit̄
ſextū. ſ. ꝙ ſecretū teneāt dictū ſuum vſqꝫ ad
publicationē. de quo etiā in ſpe. de teſte. §.
ſequit̄. Et debēt iurare tactis euāgeliȷ̄s. vt ī
iȷ̄. q. ix. hoꝛtamur. An vero ſi nō apparet te/
ſtem tetigiſſe illud euangeliū preſumat̄ tra/
ctat Jo. an. in addi. ſpe. in. §. ꝑximo alle. ſup
ꝟ. ⁊ no. Quando aūt debꝫ pꝛobari ꝯſangui
nitas ad dirimendū matrimoniū eſt ſpecia
lis forma iurādi vel iuramēti teſtiū. de quo
in. c. licet ex quadā. de teſti. Pars aūt cōtra
quā teſtes ꝓducunt̄ ſit pn̄s in ꝓductōe teſti
um. ⁊ videat perſonas teſtiū quales ſint. an
ſint tales q̄ nō poſſunt teſtificari ⁊ faciat ꝓ/
teſtationem ꝙ dicere velit in ꝑſonas teſtiū.
alias poſt publicationē ac teſtationem non
poteſt niſi in duobus caſibꝫ. ſcꝫ niſi iuret ꝙ
hoc ex malicia nō pꝛocedat. vel nō oſtendat
ſe poſt publicationē ea didiciſſe que obiȷ̄cit
in perſonas. vt in. c. pn̄tium. de teſtibus. Et
debet fieri iſta ꝓteſtatio tempe ꝓductionis



BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

# Forma actuū ī actibꝰ ſignādorum

teſtium.vt in ti.ex ꝑte.eo.ti. Tamen iſta pro
teſtatione facta ſi teſtes aliquid dixerint ꝑ
ꝓteſtante.eis de facili nõ credet̃.vt in alleg.
ca.pñtium.in fi. Qualiter tamẽ hoc intelli/
gatur ibi no. Et iſta omĩa puta teſtiũ rece/
ptionẽ eoꝝ iuramẽta ⁊ ꝑtis ꝓteſtationez ta
bellio ſcribat ĩ actis.de ꝓbati.qm̃ ꝯtra. Et
erit iſta forma

Forma actuũ in actibꝫ ſignandorum.

Anno tali.die tali.tal' actor vel tal' ipſius
ꝓcurator corã tali iudice vl' tali cõmiſſario
cõparuit.⁊ A.B.C.teſtes ibidẽ cõparẽtes
ꝓduxit.petẽs eos ꝑ p̃dictũ dñm iudicẽ ſeu
cõmiſſariũ recipi ⁊ admitti. Ex aduerſo ta
lis reus vel talis ipſiꝰ ꝓcurator ibidẽ cõpa/
rens ꝓteſtat̃ exp̃ſſe ꝙ in ꝑſonis teſtiũ hmõi
dicere vellet ⁊ obijcere ſeu poſt depoſitiõis
aperturã reprobare. Predictꝰ ergo dñs iu/
dex vel cõmiſſariꝰ teſtes p̃nominatos rece/
pit.q̃ omñs ⁊ ſinguli tactis euãgelijs ſolitum
p̃ſtiterunt iuramẽtũ ⁊c. Tandẽ iudex vl' cõ
miſſariꝰ ꝓcedẽdo ad examinationẽ teſtium:
vocabit ad te teſtes ⁊ ſingulos ſecrete ⁊ ſigil
latim examinabit.exemplo Daniel' q̃ falſos
ſacerdotes contra Suſannã inductos ſe/
crete examinauit.vt habet̃ Dañ.xiij. Et no.
de teſti.ca.ij.in glo.nõ eſt ita.ibi de hoc. Et
dicet ei.amice falſidicꝰ teſtis tribꝫ ꝑſonis eſt
obnoxiꝰ.ſ.deo.cuiꝰ pñtiã cũ ſit vbiqꝫ ꝯtẽnit
Item iudici quẽ mẽtiendo fallit. Itẽ parti
innocẽti quã falſo teſtimonio ledit.ꝺ crimi/
ne falſi.c.j. Et quoniã teſtis q̃ veritatem oc
cultat ⁊ q̃ mendaciũ dicit eſt reus.qꝛ p̃mus
ꝓdeſſe nõ vult.ſecũdus nocere deſiderat.xj.
q.iij.quiſq̃s. Unde cũ iuraueris dicere ve/
ritatẽ.ꝑ id iuramentũ obſecro te vt animaz
tuã ſalueſ.⁊ qꝺ ſcis de tali negocio plene di
cas. Deinde ꝓponas ſibi qualiter inter talez
⁊ talẽ cauſa vertit̃ ſuꝑ tali re vel debito ⁊c.
Deinde legat ⁊ exponat ſibi primũ articulũ
⁊ ſuꝑ illo teſtẽ interroget an ſciat eũ eſſe veꝝ
Et ſi teſtis dicit eũ eſſe verum querat ab eo
de cauſa ſciẽtie.ex qua cauſa ſciat eũ eſſe ve/
rum.⁊ ſm̃ alia interrogatoria que data ſũt
circa iſtũ articulũ eũ diligẽter interroget et
ſigillatim. Deinde facta interrogatione de
his que in p̃mo articulo ꝯtinẽtur.⁊ de inter
rogatorijs circa eũ datis.⁊ factis depoſitio
nibus ⁊ rñſionibꝫ ꝑ teſtem ad ea tũc deſcen
dat examinator ad ſecundũ articulũ.tandẽ
ad tertiũ.⁊ ſic de alijs. Adhibeat tñ caute/
lam ſi viſum fuerit expedire ꝙ p̃mo querz a

teſte in genere q̃d ſciat de tali cauſa que vertit̃
inter tales ⁊c.anteqꝫ aliquẽ articulũ ſibi ꝑle
gat. Uel qñqꝫ p̃mo interroget de vltimo vl'
de medijs articulis. Iſtã p̃poſterationẽ ſer
uando vt ꝑ hoc facilius apprehendere vale
at an teſtis ſit ſubordinatꝰ ſeu inſtructꝰ vel
nõ nec ſuadeat ei neqꝫ ip̃m inducat vt aliq̃d
certũ dicat.ſed querat in genere.nec etiã in
ducat eũ ad dicendũ ſe ſcire quod credit.vl'
ecõuerſo.de quo in ſpe.de teſte.§.nunc tra/
ctandũ. Hãc tñ cautelã ⁊ ſequẽtia notarius
ſcribat iſto modo.

Forma depoſitionum in actis ſignando
rum

Anno.mẽſe.die.talibꝫ talis teſtis iuratus
ſuꝑ p̃mo articulo q̃ ſic incipit. Itẽ ponit ⁊c.
ſibi lecto diligẽter ⁊ expoſito examinatꝰ di/
xit ſe articulũ ignorare.vel dixit vera eſſe q̃
in ip̃o ꝯtinẽtur. Interrogatꝰ de cauſa ſcien
tie ſeu quõ ſciret.rñdit ꝙ interfuit.⁊ ita fieri
vidit ⁊ audiuit. Interrogatꝰ de tẽꝑe.⁊c.ſm̃
ꝙ interrogatoria data fuerũt.rñdit ꝙ anno
tali.die tali ⁊c. Itẽ ſuꝑ ſecũdo articulo q̃ ſic
incipit. Itez ⁊c.ſibi lecto ⁊ clare expoſito di
xit.⁊ ſic de alijs articulis. Et querat̃ de cau
ſis ⁊ circũſtantijs circa formã interrogato/
riaꝝ circa quemlibet articulũ datoruz ⁊ re/
ſponſiones ipſiꝰ teſtis qualeſcũqꝫ fuerint re
digantur ĩ ſcriptis.vt in forma ſupra ſicut a
teſte ꝓferunt̃.nihil mutãdo vel detrahẽdo.
⁊ diligẽter vulgare interp̃tet̃ in latinuz.nec
ſcribat teſtez dixiſſe credo vbi dixit ſcio.vel
ecõtra. Nam taliter poſſet dictũ teſtis redi/
gere in ſcriptis ꝙ auferret ius habenti.⁊ ſic
ſe ſibi ad reſtitutionẽ ſeu ſatiſfactionẽ obli/
gabit. Caueat etiã ne ſcribat tal' teſtis dixit
ꝑ omnia ſicut talis p̃mus vel ſecundus.ſed
cuiuſlibet teſtis dictũ per ſe in ſcriptis in in
tegrũ redigat.vt no.de ꝓ.ſig.nihil obſtat.ꝺ
quo ibi plene. Et aduertendũ ꝙ vbi ſuꝑ ar/
ticulo p̃ncipali teſtis depoſuit.examinator
ſeu tabellio nõ debet vti his verbis.videli/
cet talis teſtis requiſitꝰ vel interrogatꝰ ſuꝑ
articulo tali rñdit ⁊c. Sed dicat ſeu ſcribat
Talis iuratus ꝙ ſuꝑ articulo tali ſic dixit.
Sed vbi de cauſa ſciẽtie vel de circumſtan
tijs extra articulũ p̃ncipalez queritur.tunc
his verbis tabellio vtitur ſcribendo Talis
interrogatus vel requiſitus quomodo ſci/
ret vel de tempore ſeu loco.⁊c.reſpondit ⁊c.
De quo in ſpe.de teſti.§.nunc tractandum.
ꝓ.⁊ aduerte diligẽter. Quomodo etiam in

teſtiũ examinatõe quedã ꝯſiderãda ſunt cir
ca examinatorem teſtiũ . videlicet ꝙ ſit pru
dens. expertus. diligẽs. ⁊ attent᷒. fidel' et cau/
tus. prudẽter ⁊ diſcrete attẽdendo verba q̃li
tatem ⁊ vultũ ipſi᷒ teſtis. Quedã circa ip̃os
teſtes. videlicet an ſint inimici vel infames.
Et quedã circa dicta teſtiũ videlicet an de
poſitionis cauſam reddãt ⁊c̃. Ponit Guil. ĩ
ſpe. in ti. de teſti. §. nũc tractandũ. in ꝟ. vt ãt
hoc pleni᷒. Debet ḡ examinator iudex vl' cõ
miſſarius attẽdere an teſtis vacillat vl' titu/
bat. ſeu cũ trepidatõe vel ĩcõſtãtia loquat̃.
Et ſi vacillat debꝫ h̃ ſcribi in actibꝫ ꝑ tabel
lionem. Sꝫ an tabellio debeat hoc ſcribe/
re ad p̃ceptũ iudicꝭ examinãtis. etiã ſi tabel
lio nihil de titubatõe vel vacillatiõe perpẽ/
dat. no. de ꝓba. qm̃ ꝯtra. ⁊ in ſpec̃. de teſti. §.
nunc tractandũ. ꝟ. ꝯſiderare dꝫ. ⁊ ſequenti.
Et dr̃ ibi ꝙ ſic triplici rõe. Prima q̃a iudex
habet autoritatẽ in recipiẽdo ⁊ examinãdo
teſtes. ſed tabellio ſolũ in ſcribẽdo. Secun
da quia iudex ſuperior eſt vñ ſibi magis eſt
credendũ. Tertia q̃r. tabellio intẽtus circa
ſcripturã nõ poteſt ita attẽdere circa varia
tionem teſtiũ. ⁊ titubationẽ pallorẽ vel mu
tationẽ faciei ipſi᷒ teſtis ſicut iudex. q̇ ſꝑ põt
oculos ad teſtẽ habere. iõ ſibi magis eſt cre
dendũ. Poteſt tamẽ tabellio ſaluãdo ꝯſciẽ/
tiam ſic ſcribere hoc caſu. Et iudex mihi ta
bellioni ſic dixit vt ſcriberẽ ꝙ teſtis vacilla
bat. ſed ſcriptura eſſet efficacior ſi adderꝫ ta
bellio. ⁊ ſic mihi videbat̃ ꝙ vacillaret dum/
modo rei veritas ſic ſe habebat. Debẽt etiã
q̃ntum poſſunt cũ veritate exp̃mere. ſcꝫ va/
cillationis modũ. ſ. talis teſtis vacillãdo ſi/
ue tremẽdo vel trepidãdo vel ſudãdo p̃ ni/
mio timore loquebatur. vel pallid᷒ efficie/
batur. vel hmõi. Et debet h̃ ſcribere teſte re
cedẽte vel ignorãte in ꝯtinẽti. Vñ exq̃ teſtis
audiuit. niſi iudex vellet poſſet teſtẽ ex h̃ pu
nire. de q̄ no. in alle. c. qm̃ ꝯtra. de ꝓbat̃. per
Inno. ⁊ Oſti. ⁊ in ſpe. ꝟ. primo alle. ſupra
Poſtq̃ aũt teſtes recepti ſunt ⁊ examinati. ſi
hoc factũ eſt ꝑ aliũ ex cõmiſſione iudicꝭ. ip̃e
redactis atteſtationibꝫ in ſcriptis ipſas atte
ſtationes cũ articulis ⁊ interrogatorijs ac
alijs coram eo ſuper hoc actis iudici remit
tat ſic ſcribendo

¶ Forma commiſſionis examinationis te
ſtium.

¶ Honorabili viro dño N. iudici vel offi/
ciali ⁊c̃. Salutẽ in dño. ⁊ mãdatũ veſtrum
iniunctũ ꝓ no ſuſcipiẽdo ⁊ exequẽdo affectu
teſtes quos talis in cauſa tali corã me ꝓdu
cere voluit. vel teſtes mihi ꝑ talẽ nomĩatos
citaui. ⁊ ab eis ꝑ talẽ actorẽ vel ei᷒ ꝓcurato/
rem in p̃ñtia tal' rei vel tal' ip̃i᷒ ꝓcuratoris.
vel in penã ꝯtumacie rei ꝑ me ad hoc citati
⁊ nõ cõparẽtis ꝓductis. iuramentum iuxta
morẽ qd̃ ip̃i oms̃ ⁊ ſinguli tactis ſctis euan
gelijs p̃ſtiterũt recepi. Ipſoſq̃ ſuꝑ articul'
actoris ⁊ ſcḋm interrogatoria ipſi᷒ rei michi
tranſmiſſa cũ diligẽtia qua potui examina/
re curaui. Quoꝝ depoſitiões ꝑ talem nota/
rium publicũ in ſcriptis redactis ſub ſigilli
mei impreſſione incluſas. vna cum articul'
interrogatorijs. citationibꝫ. ꝓteſtationibus
teſtiũ iuramentis. ⁊ alijs corã me ĩ negocio
huiuſmodi actis. factis. et productis. per la
torem p̃ſentiũ queꝫ ad hoc de vtriuſq̃ ꝑtis
ꝯſenſu tanq̃ idoneũ ⁊ fidelẽ duxi aſſumen/
dum vobis remitto. Aliquãdo additur iſta
clauſula. Et partibꝫ talẽ terminũ in quo ſe
coram vobis rep̃ſentare ꝑ ſe vel ꝓcuratorẽ
teneãtur aſſignaui. Et in forma dicit̃ de te/
ſtium iuramẽtis. ideo poſui. q̃r iuramenta
huiuſmodi ſunt in acti. ſcribenda. vt tactuꝫ
eſt ſupra. Unde nõ ſufficeret poni in atteſta
tionibꝫ ſic. talis teſtis iuratus dixit ⁊c̃. q̃r aſ
ſertio iſta ſeu narratio eſt de p̃terito. nec ꝑ
eam apparet de p̃ſentia iudicis vel partꝭ ꝯ
quam nec dies p̃ſtiti iuramẽti. de quibꝫ om
nibus cõſtare debet. de teſti. c. ij. de probati.
qm̃ cõtra. Ita dicit Jo. an. in addi. ſpe. ð te
ſti. §. ſequitur. Si tñ ſcriptũ inuenit̃ ĩ actis
teſtium corã iudice iuraſſe ꝑtibꝫ preſentibꝫ.
bene preſumit̃ iuraſſe vt debuit. ſcꝫ cum ta/
ctura euangelioꝝ. vt etiã dixi ſupra. Et ple/
ne ꝑ Jo. an. in loco alle. Et debet teſtis reci
pi ⁊ venire expenſis ꝓducẽtis. vt in. c. ſtatu/
tum. §. penul. de reſcrip. li. vj. Nec pars alia
pro eo ꝙ dat interrogatoria tenet̃ aliq̇d ad
expenſas teſtiũ miniſtrare anteq̃ iter arripi
at ꝓ eundo ⁊c̃. Et quõ nõ habet̃ rõ illarum
expenſarũ quas teſtis domi facturus erat.
⁊ quomodo ſoluet etiã expenſas ꝓ vectura
equoꝝ ſi conditio perſone teſtis hoc requi/
rat. etiam ſi teſtis propriũ equũ duceret. tra
ctat Jo. an. in addi. ſpe. de teſte. in. §. qualit̃
Utrũ aũt valeat depoſitio teſtis facta poſt
terminũ datum ad producendũ ⁊ ad recipi
endum teſtes ſeu probandũ no. in ſpe. §. pri
mo. alle. ꝟ. Is quoq̃ cui. Et ibi late ꝑ Jo.
an. in addi. cui finalit̃ placꝫ diſtinctõ Guil.

ſibi poſita in primo ⁊ ſecundo membro. ſalvo eo quod no. in ſpe. de dila. §. j. ꝟ. illud q̃ʒ in fine.

De publicatione atteſtationū poſt dilationes habitas.

Poſtq̃ʒ hic ꝓducti ⁊ examinati ſūt teſtes ſi hoc factū eſt in p̄ma dilatione. ⁊ ſufficiēs eſt facta ꝓductio, ꝓcedet ad publicationem atteſtationū. Si nō eſt ſufficiēs ⁊ ꝓducens petat ſecundā vel tertiā dilationē. Si iuſta cauſa ſubeſt. dabit cū cauſe cognitiōe ſecunda vel tertia. vt ſupra dictū eſt. Et no. de dilat. c. ij. de teſti. in cauſis. cū ſimilib⁹. Quarta dilatio nō dabit niſi cū quadā ſolennitate legali. De qua ⁊ qualis ſit illa ſolennitas habetur in. c. vltra tertiā. de teſti. ⁊ ibi plene Teſtib⁹ ſic ꝓductis ⁊ examinatis partes renunciāt teſtiū ꝓductioni ⁊ poſtulāt atteſtationes publicari. vel ſaltē pars ꝓducens id petit. Judex ergo volens atteſtatōes publicare vocabit ꝑtes. quia eis abſentib⁹ ⁊ non vocatis nō debet aperire. de re iudi. cuʒ ita ⁊ maxime vocare habet illum ꝯtra quē ſūt producti vt ſi velit poſſit aliquid in apertione ꝓteſtari partib⁹ ſic vocatis ⁊ preſentibus Vel altera ꝑ cōtumaciam abſente procedit iudex ad publicatiōem iſto modo. quia p̄cepit notario ꝙ legat corā ſe ⁊ partib⁹ publice in iudicio dicta teſtiū vel ip̄e met legat. et ſi ſunt multe vel prolixe. ſufficit legere vnam ꝓ omnib⁹. Quo facto iudex dicit. Jſte ſunt atteſtatiōes in tali cauſa habeatis eas ꝓ publicatis. vel ea ꝓ publicato. de quo in ſpe. de teſte. §. ſatis vtiliter. in p̄n. Dicit aūt ibi Jo. an. in addit. de facto ſeruari ꝙ legitur aliq̄d de vna atteſtatione in p̄n. ⁊ de vna i ꝓgreſſu ⁊ de vna in fine. Satis tamen eſt iudiceʒ ꝓnunciare iſtas ꝓ publicatis haberi. ⁊ ita cōmuniter in iſtis partibus ſeruatur. Et omnia iſta per tabellionē rediguntur in actꝭ h̄ modo

Forma actuū in actis ſignandorum.

Anno. die. mēſe. ⁊c. Talis actor vel talis ipſi⁹ ꝓcurator ex vna. ⁊ talis reus vel tal' ipius procurator ꝑte ex altera ad publicādum ⁊ publicari vidēdū ⁊ ad audiendū dicta teſtium ꝓ parte dicti actoris ꝓductoris citati comparuerūt corā predicto dn̄o iudice ſedente ꝓ tribunali ⁊ teſtib⁹ ꝓducēdis renunciauerūt. ac dicta teſtiū p̄dictorū publicari ꝯſenſerūt ⁊ expreſſe poſtularūt ac ipſaꝝ copiam ſibi fieri ⁊ decerni atteſtatōnes hm̄ōi petierunt. Predict⁹ aūt re⁹ terminū ad dicēdum cōtra ꝑſonas ⁊ dicta teſtiū cōpetētem ſibi petijt aſſignari. Prefatus ḡ dn̄s iudex atteſtationes hm̄ōi ꝑ partē talem ipſarū atteſtationū publice corā ſe legere fecit. Quo facto ip̄as atteſtatiōes voluit ⁊ fecit ꝓnunciari. ⁊ ꝓ apertis ⁊ publicatis haberi. ⁊ copiam de ipſis ꝑtib⁹ vel eaꝝ ꝓcuratoribus hoc petentib⁹ fieri ⁊ dari decreuit. Et tali reo vl' ei⁹ ꝓcuratori talem diē ad dicendū ⁊ obijciendum in ꝑſonas vl' ad dicta teſtiū ꝓ termino aſſignauit. Vel ſic breuiter

Conſimilis forma

Lecte ⁊ publicate ſunt he atteſtatiōes in p̄ſentia partiū vel eaꝝ procuratoꝝ ꝯſentientium ⁊ publicationē fieri petentiū. vel in p̄ſentia talis actoris ſeu ſui ꝓcuratoris publicationē fieri poſtulātis in penaʒ cōtumacie talis rei ad hoc citati ⁊ minime cōparentis. Anno tali. die tali ⁊c. Excipietur cōtra dicta ⁊ perſonas teſtiū ⁊c. Jn renunciatōe tamen habeatur cautela. ſcʒ ꝙ fiat renūciatio ſolum ꝓductioni teſtiū nō ꝓbationi in generē. quia tūc nō poſſent ꝓduci inſtrumenta q̄ alias produci poſſunt vſq₃ ad cōcluſionem cauſe. de fide inſtru. cū dilect⁹ filius. Jtem ꝙ vna partiū nō renunciet. niſi ⁊ alia renunciat. de quo in ſpe. de teſte. §. vlt. ꝟ. Jteʒ notandum. ⁊ ꝟ. fi. ꝑ abbatem. de teſti. in. c. de teſti. quia alias ꝑs que nō renūciaſſet poſſꝫ ꝓducere teſtes añ publicatiōem. Et talis renunciatio adimit facultatē ꝓducēdi teſtes alteri ꝑti ſuꝑ eodē articulo. de q̄ plene in. c. cum veniſſet. de teſti.

Quid agendū ſit ꝓ reprobatōe teſtiuʒ p⁹ publicationē atteſtationū.

Atteſtationib⁹ publicatis ſolet ſuper eis diſputari. vt dicit in. ca. in cauſis. de teſtib⁹. Teſtes etiā quādoq₃ cōſueuerūt reprobari ⁊ an hoc liceat vel an poſt publicationē. habetur in. c. p̄ſentium. de teſti. li. vj. Jmpugnantur autē vt etiā alias dixi probatiōes facte per teſtes ratione ꝑſonaꝝ. ⁊ etiā ratione dictoꝝ ipſoꝝ teſtium. Videam⁹ de p̄ma. ratione ꝑſonaꝝ repellūtur teſtes ſeu reprobātur aliquando ꝓpter crimen. aliquādo propter ſuſpicationē. qn̄q₃ ꝓpter defectū. Propt' crimen. vt q2 eſt latro. fur. raptor. ꝑiurus. infamis. vel alias criminoſus. de teſti. teſtimonium. ⁊. c. ſicut nobis. cū ſimilibus. Et ſi ꝓpter ſuſpitionē. vt q2 eſt pater. ꝯſanguineus vel ſocius. vel familiaris. affinis, coniunꝝ

# Forma exceptionis

vaſall⁹.liberť⁹.vēditor.fideiuſſor ei⁹ q̄ eū ꝑ
ducit.De q̄.iiij.q.iij.§.Itē teſtiū.de teſtib⁹.ī
ſup.⁊.c.cū nūci⁹.⁊.c.in lr̄is.Et plene ī ſpe.ꝺ
teſte.§.j.Propter defectū poteſt poni exem
plū de ipubere.de q̄ in ſpe.ꝺ teſte.§.j.ꝟ.Itē
excipiť.ꝙ eſt impubes vľ furioſus vľ iudeuſ
de teſti.iudei.⁊.c.licet.Et generaliť reqrūť
in teſtib⁹ ſeptē.q̄ bis ꝟſib⁹ ꝯtinenť.Cōditio.
ſexus.etas.diſcretio .fama .Et fortuna .fi/
des.in teſtib⁹ iſta requires.Illos ꝟſus po/
nit glo.in ca.ij.ꝺ teſti.in glo.ij.⁊ ibi ſuꝑ glo.
Ad ſingula iſta danť ꝯcordātie.Iudex ḡ fa
cta publicatōe aſſignabit terminū īfra quē
recipiāt copiā atteſtationū.q⁊ copiā facere
teneť iudex.de ꝓba.q̄m̄ ꝯtra.Et originalia
debet iudex vel tabellio apud ſe retinere. vt
ibi no.Deinde habita copia atteſtationum
ꝑ partes iudex dabit aliū terminū reo infra
quē ⁊ teſtes ſi poteſt repellat. Et poſt iſtum
terminū nō audieť.de ꝓba.licet.de q̄ etiā in
ſpe.de teſt.§.pe.Nūqȝ tn̄ an̄ publicatioꝫ at
teſtationū teſtes reprobāť ⁊ repellūť.de q̄ vi
delicet an exceptio ꝯtra teſtes ꝓponi debeat
⁊ ꝓbari ante publicationē atteſtationū.vel
an poſt fieri poſſit magna eſt diuerſitas inť
doctores.⁊ diuerſe ſunt opiniones . Teneť
tamē cōmuniter ꝙ exceptio legitima q̄ oppo
nitur ꝯtra teſtes ſemꝑ a p̄ncipio ſit recipiē/
da ſiue faciēda.Et iudex nō recipiēdo gra/
uaret partē.⁊ ſic locus eſſet appellatiōi. Sꝫ
recipe ſtatim ꝓbatōes ſuꝑ tali exceptiōe. vľ
hoc differre poſt publicationē eſt ī arbitrio
iudicis.Ab iſto excipiunť tres caſus. ꝺ q̇b⁹
in.c.ex ꝑte ad e.de teſti.in glo.hmōi.⁊ ſuꝑ ea
Et iudex in talib⁹ arbitrarijs dꝫ aduertere
ad plura.videlicet an illud de quo excipiť
habeat eandē equitatē cū p̄dictis caſibus
exceptis.vt ſic ex eadē equitate ꝓbatiōes ꝓ/
us recipiat.Itē an ſit publicū qꝺ excipitur
Itē an habeat ꝓbationes.Itē an ſit p̄ſum
ptio ꝯtra excipientē ꝙ faciat h̄ cauſa differē
di ⁊ ſcḋm huiuſmodi ⁊ alias diuerſas circum
ſtantias facti videbit iudex an expediat ṗuſ
recipe teſtes reprobatorios vel nō.In du/
bio tamē differať reprobatio. De quo plene
in ca.ex parte.ſupra alleg.⁊ ibi ꝑ Ioh̄.anꝺ.
ſuꝑ p̄dicta gloſa Et ita eſt in arbitrio rei op
ponere exceptionē ꝯtra teſtes a p̄ncipio .vľ
illam differre in temp⁹ diſputationū dum/
modo de hoc ante ꝓteſtetur iuxta diſpoſitꝺ
nem.c.p̄ſentiuꝫ.de teſti.Sed in arbitrio iu
dicis regulariter eſt ꝓbationes ſuꝑ huiuſ/
modi exceptiones ſtatim recipe.⁊ ipſas diſ/
cuti aut in temp⁹ predictū differre dūmo/
do attētis facti circumſtātijs bene arbitrať
vt dictū eſt.Et dꝛ regulariter.quia in trib⁹
caſib⁹ ꝓbatōnes ſtatim admittunť.vt ſupra
patet.Et ſi ad probationē teſtiū probatori/
orum inducunť teſtes reprobatorij.⁊ iſti te
ſtes probatorij poſſunt ꝑ alios teſtes repro
bari.ſed vlterius non admittať reprobatio
vt eſt caſus in ca.licet.iij.de teſti.De h̄ dan
tur verſus.In teſtem teſtis ⁊ in hūc ſed nō
datur vltro.Et ī exceptione cōtra teſtes qn̄
reprobanť pretextu criminis .debꝫ fieri ſpe
cificatio criminis cōtra ꝑſonaꝫ cuiuſlibꝫ te
ſtis.vt in.ca.p̄ſentiū.de teſti.li.vj.Exceptio
tamen bene recipiť ſine tali ſpecificatione.⁊
tunc debet fieri ſpecificatio an̄ teſtiū recep/
tionem.vt ibi no.ſuꝑ glo.notabili.De qua
aūt ſpecificatione intelligať.no.ibidē ī glo.
nō eſſe.⁊ ſupra.

¶ Forma vero exceptionis ꝯtra teſtes ⁊ ꝑ/
ſonas teſtiuꝫ erit iſta.excipiēdo cōtra teſtes
ꝑ talem ꝓductos

¶ Corā vobis honorabili dn̄o iudice ⁊c̄.
In cauſa que inter eundē actoreꝫ ex vna ⁊
talē reū parte ex altera ſuꝑ tali re vľ debito
vertitur.ꝓcurator ꝓcuratorio nomīe predi
cti N.rei ꝓponit.⁊ dicit ꝙ teſtes hmōi ad te
ſtimoniū ꝯtra ip̄m reū nō ſunt admittendi.
ſed a teſtificādi officio ſeu actu excludendi
⁊ repellēdi.vel dicit ꝙ teſtes tales A.B.C
intra ordinē vel numerū teſtiū admittendi
nō ſunt vel cōputandi nec eis nec coruꝫ di/
ctis dari debet fides vľ adhiberi.nec dicta
eorū in aliquo ſunt ſequēda.ſed tanq̄ȝ mor/
boſa ⁊ infecta reprobāda ⁊ relinquenda.ex
eo ⁊ ꝓ eo ꝙ talis teſtis fuerit tꝑe depoſitōis
ꝑiurus.Nam alias in cauſa tali coram tali
iudice induct⁹ in teſtē peierauit vel de per/
iurio eſt cōuictus.Itē ꝙ talis teſtis erat tē/
pore depoſitionis adulter.⁊ de hoc ꝯfeſſus
vel ꝯdemnat⁹ vel adhuc poteſt ꝓbari.vt de
teſti.ſuꝑ eo.j.Itē talis teſtis p̄cio corrupt⁹
falſum teſtimoniū dixit in huiuſmodi cau/
ſa.Nam cū depoſuerit me tali die ꝯtraxiſſe
Erforꝺ.ego fui eodē die Mogun̄.Itē ta/
lis ⁊ talis ſunt leuis opinionis ⁊ ſuſpecte vi
te.⁊ tales ꝙ coꝝ dictis dari vel fides adhi/
beri in iudicio vel extra nō conſueuit. Qua
re petit huiuſmodi exceptiones admitti. et
ꝓbationes ſuper eis recipi. ac ipſis ꝓbatis
legitime ꝑ ꝑte ſua ſn̄iam abſolutoriā ferri.

Utrum aūt ſufficiat obiȷcere ⁊ ꝓbare ꝙ teſtes corrupti fuerint. vel an cū hoc exigat ꝓbatio falſitatis dicti ipſiꝰ teſtis. no. in. ca. licet. de ꝓba. §. poſt hoc. ⁊ in. c. ſicut nobis. de teſti. Nam ſi excipit añ ſniam. ſufficit ꝓbare corruptionem cū ꝑ hoc ꝓhibent criminoſi. Et idē poſt ſniam in cauſa appellatōnis. vel alias in cauſa vbi ſnia nō habet effectū rei iudicate. vt no. ī dicto. c. ſicut nobis. §. ſi ṽo Sꝫ vbi ſnia trāſiuit ī reꝫ iudicatā tūc oportet addi de falſitate. ⁊ etiā ꝓbari. imo tūc etiam addi dꝫ ꝙ iudex ī ſentētiando fuit dicta teſtiū corruptoꝝ ſecutꝰ ꝑ iura q̄ alle. ī dicto ca. licꝫ dilectꝰ. de teſti. in. ij. glo. Et ibi ex tex. Ab. collegit ſex exceptōes ꝯtra teſtes. Pria de ꝯtradictione. Secūda de ſingularitate. Tertia de mala fama. Quarta de leui opinione. Quinta de falſitate. Sexta de corruptione. Iſte tñ exceptiōes nō oēs directe ſunt ꝯ ꝑſonas teſtiū. ſꝫ alique reſpiciunt dicta teſtiū. Utꝝ aūt teſtis puniat ꝓpt crimen ſic in modū exceptōis vt a teſtimonio repellatur ꝓbatū ꝯtra eū. le. ⁊ no. de or. cog. ca. ij. Et ita habemꝰ quō ꝓbatōes ꝑ teſtes reꝓbātur rōe ꝑſonaꝝ

Qualiter dicta teſtiū impugnentur.

Videamꝰ ergo nūc quō dicta teſtiū reprobant ⁊ impugnant. qꝛ niſi excipiant atteſtationes q̄ etiā alias nō valerēt. poſſent ꝑ cōſenſum ꝑtiū etiā tacitū ratificari. ꝺ q̄ no. de teſti. cū cauſam. ſuꝑ glo. ij. Uñ aduertendū ꝙ habita copia atteſtationū aduocati ꝑtium ī aliquibꝫ locoꝝ ꝑtibꝫ faciūt mēbra vt ipi vel iudex meliꝰ ⁊ faciliꝰ ad indaginē veritatis pñt ꝑuenire. De iſtis rubriciſ qualiter ſunt faciēde tractat Guil. in ſpe. de teſti. ī. §. publicatꝫ. ī pn. Videbit eñ cauſidicꝰ vtriuſqꝫ ꝑtis depoſitiōes teſtiū ⁊ aduertit an articuli ſint plene ꝓbati vel nō. Uñ aduocatus iſtiꝰ q̄ ꝓduxit teſtes ſignet articulū ꝑ cruceꝫ lr̄am vel aliud ſignū. Et vbi ꝑ dicta teſtiuꝫ alicuꝰ ꝓbatur idē articulꝰ. ibi ponat idē ſignum vel lr̄am eandeꝫ in margine circa eadem dicta. Et vbi aliȷ teſtes cū eo ꝯcordāt. faciat idē. ita videlicet ꝙ ſm pluralitatem ⁊ diuerſitatē articuloꝝ diuerſificet etiā lr̄as ꝉ ſigna. vt ꝑ ſignoꝝ vel lr̄aꝝ diuerſitatē appareāt q̄ articuli ꝑ q̄ dicta ſūt ꝓbati. ⁊ vbi ac ī quibꝫ teſtes ꝯcordāt. Poſſet eñ poni circa ꝑmū articulū. A. circa ſecundū. B circa tertium. C. ⁊ ſic de aliȷs. Et vbi ꝑ dicta alicuius teſtis ꝓbatus eſt ꝑmus articulꝰ. ibi etiā in margine ponat A. vbi vero ꝓbatus ē ſecundus ponat B. vbi tertiꝰ C. ⁊ ſic de aliȷs. Ecōtra aduocatꝰ rei ꝯtra quē teſtes ꝓducti ſunt ſtudere habet deſignare ꝑ hmōi vꝉ cōſimilia ſigna diſcordātias ⁊ ꝯtrarietates dictoꝝ teſtiū ꝙ habeat eas in parato. Et vt facilius ⁊ clariꝰ poſſit eas ac ipa dicta impugnare. de q̄ plene in ſpe. de teſti. ī dicto. §. publicatis. Iſte tñ rubrice ſeu talia ſigna rubro raro fiūt hic in partibꝫ.

Forma exceptionū ꝯtra dicta teſtium

Poſſunt tñ ſic formari exceptōes ꝯtra dicta teſtiū. Procurator ꝓcuratorio noīe talis rei exceptōes ꝯtra dicta teſtiū ꝑtenſorum ꝓductoꝝ ꝑ parte talis actoris in cauſa quaꝫ mouet tali reo ꝑdicto ſcꝫ Seyo vꝉ titio ⁊c̄.

Coram vobis honorabili viro dño iudice ⁊c̄. ꝓponit ⁊ dicit ꝙ ipa teſtiū dicta ſeu teſtimonia pretenſa ſunt ſingularia. obſcura. dubia. incerta. ⁊ teſtes ipi variȷ ſunt. ⁊ in dictis ſuis vacillāt ⁊ negatiuā aſtruere ⁊ ꝓbare intendūt. nec cauſas dictoꝝ ſuoꝝ ſeu ſciētie ſue reddunt reqſiti. vel reddūt malas in ſufficiētes ⁊ ineptas vel alias non ꝓbant ad qꝺ ꝓbandū ſunt inducti. ſibiqꝫ in dictiſ ſuis euidētiſſime ꝯtradicūt. Itē dicta ipſoꝝ nulla ſunt ⁊ inualida. ex eo ꝙ minime iurauerūt vel depoſuerūt nō iurati. vel ꝑte nō preſente nec citati iurarūt. vel depoſuerūt ſuꝑ nō iuratis. vel quia depoſuerūt de ſciētia ītꝑe quo nondū citatꝰ erat teſtis. Quare reiectis ⁊ minime attētis teſtiū hmōi dictis nullis ⁊ inualidis. petit ꝓcurator ꝑdictus in cā cōcludi. ⁊ ſe ab actoris impetitiōe abſolui. ac ipm actorem in litis expenſis ꝯdemnari ſibi. Iſtaꝝ exceptionū alique puta tres habent in. c. cū eccīa ſutrina. de cau. poſ. aliqui. ex. c. licet de ꝓba. Itē ex. c. ij. ⁊. c. tuis. ⁊. c. nuꝑ. ꝺ teſti. Itē alique iſtaꝝ nō indigēt probatiōe. ſed veritas vel falſitas caꝝ patet ex dictis. Sufficit ergo in his ſola allegatio ⁊ oſtēſio dictoꝝ vt veniat ꝓbatio facti. vt in exceptione de ſingularitate. variatōe. nō redditione cauſe. ꝯtrarietate. ⁊ hmōi. In quibꝫ aūt debeant ꝯcordare no. de teſti. ca. ij. Et dantur de hoc ꝟſus ꝑ Inno. Res. ꝑſona. gradꝰ. locus. hec ſunt ꝯſona tps. In his variādo impediunt fidē ſuā. Alique reqrūt ꝓbatiōem puta cū opponit de nullitate. ⁊ aliqñ incumbit ꝓbatio ꝓducēti teſtes ex cauſis añdictis vt ꝙ iurati depoſuerūt. vel ꝙ ꝑs fuit citata Aliqñ ṽo parti opponēti ſeu excipiēti icūbit

ꝓbatio. vt ſi dicaꝛ teſtis corruptꝰ vł falſū dixiſſe. de quo etiā ꝑ Jo. an. in addi. ſpec. de teſti. in. §. ſepe. Aduertendū ꝙ aliqñ opponitur de falſitate cū corruptōne. aliqñ de ſola corruptiōe. Item de falſitate aliqñ directe. aliquādo indirecte. Falſitas directa raro ꝓcedit poſt publicationē. niſi ex culpa iudicꝪ nō facientis fieri debitā ſpecificationē. de q̊ ꝑ Jo. an. in addi. ſpe. in loco ꝓxi. alle. Falſitas indirecta poteſt poſt aperturā per teſteſ ꝓbari. vt in. c. ex tenore. de teſti. vbi de hoc. Sicut aūt falſitas directa admittitur poſt aperturā ꝓpť omiſſionē debite ſpecificatōis articuloꝝ. vt ſupra dictuꝫ eſt. ⁊ ſic indirecta ꝓbatio falſitatis excludiꝛ poſt publicationē ꝓpter ſpecificationē factā. vt ibi poſt Inno. ſcripſit Jo. an. Nā ſi in articulis nō declaratur locꝰ ⁊ tꝑs. ſed teſtes hoc bene expreſſerunt. admittiꝛ poſt publicationē ꝓbatio falſitatis dictoꝝ teſtiū indirecta. ſecus ſi ī articulis tꝑs ⁊ locus fuiſſent declarata. q̇a tūc poſt aperturā volēs etiā indirecte ꝓbare contrarium nō audieꝛ. ꝑ cle. ij. de teſti. Super iſta ḡ ꝓbatōe indirecta falſitatꝪ dictoꝝ teſtium poſſet ſic formari exceptio.

Forma exceptiōis indirecte falſitatis ꝓbationis

Excipiēdo ꝓponit ⁊ dicit ꝓcurator talis rei ꝯtra dicta teſtiū talis actoris ꝙ teſteſ huiuſmodi falſum tulerūt teſtimoniū. vnđ ad hmōi coꝝ dictū falſum ipe reꝰ nō eſt ꝯdemnādus. Dixerūt em̄ ipm reū tali die ī opido Erford. cū actore talē ꝯtractū celebraſſe. ⁊ ipe reꝰ eadē die fuit in ciuitate Maguntiñ. Vñ ipm tūc Erford. ꝑſonaliter vt teſtes exꝓmunt ꝯtraxiſſe nō eſt poſſibile ꝙ per teſtes idoneos eſt ꝓbare paratꝰ. Quare petit ⁊c̄.

Qđ aūt ſupra đr excipiēdo de ꝯtrarietate teſtium obſtat qñ dicta teſtiū que videnꝛ contraria nō poſſunt reduci ad cōcordiam. alˀs ſi fieri poteſt ſemꝑ dicta teſtiū ſunt ꝯcordāda ꝓpter odiū ꝑiurij. Et ꝑ quē modū hoc fieri poſſet vł debeat. hēꝛ ⁊ no. in. c. cū tu. ⁊. c. in noſtra. de teſti. ⁊ ibi in glo. Et qđ excipiꝛ ꝙ nō reddant aptā cauſaꝫ ſciētie. Sciendū ꝙ ſi teſtis interrogatꝰ eſt de ſciētie cauſa ⁊ eā nō reddit. nō valet dictū eiꝰ Et idē ſi reddit malā ⁊ ineptā. de teſti. cū cauſam. Si nō eſt teſtis interrogatꝰ de cauſa. tūc ſi data ſūt ꝑ ꝑtem alia interrogatoria. idē ꝙ ſupra. vt ibi no. ⁊ in. c. p̄ſentiū. de teſti. lib. vj. Si nō ſunt data interrogatoria. tūc dicūt aliq̇ ꝙ bñ valet dictū teſtis. de quo in dicto. c. cū cauſaꝫ. de teſti. Dicūt tamē q̇dam ꝙ iudex nō q̄rēs de cauſa ſciētie teneꝛ parti ad intereſſe. ꝑ. l. ſi qñ. C. de teſti. in fi. qđ reſtringūt alij vbi eſt notabilis negligētia. Qđ putat Jo. an. verum in foro penitētiali. ſi cauſa exꝓſſa parti nō nocuiſſet Sed in iudiciali petitio nō habet effectū. niſi ipe reꝰ ꝯfitereꝛ. de quo ꝑ euꝫ in addi. ſpe. de teſte. §. j. Et intelligiꝛ de cauſa ſciētie. ſ. quō ſciat illud qđ dicit. nō đ cauſa actꝰ iſtiꝰ de quo deponit. qꝛ de illa non tenetur dicere. q̄uis de ea poſſet interrogari. de renū. c. ſuꝑ h̊. Et iſtas exceptōnes ꝯ ꝑſonas ⁊ dicta teſtiū

Tabellio ſcribat in actis hoc modo.

Anno tali. die tali. cōparentibꝫ corā tali iudice. tali actore. vel tali eius ꝓcuratore ex vna. ⁊ tali reo vel eiꝰ ꝓcuratore parte ex altera. p̄dictus reꝰ vel ꝓcurator eiꝰ ⁊ exceptiōes ꝯtra ꝑſonas ⁊ dicta teſtiū actoris exhibuit infraſcriptas. Ex aduerſo ipe actor vł eius ꝓcurator copiā ipſaꝝ ꝑ iudiceꝫ ſibi decerni ac fieri. ⁊ terminū cōpetentē ad rñdendum ſeu publicandū ꝯtra eas ſi ſibi cōpetierit ei aſſignari poſtulauit. Prefatus igiꝛ iudex copiam petitā actori dandā decreuit. et diem talē ad dicendū ꝯtra exceptōes p̄dictas ſibi ꝓ termino p̄fixit ⁊c̄. Iſtis exceptionibꝫ ꝑ talem exhibitis anno tali. die tali. in p̄ntia talˀ rei vel ſui ꝓcuratoris diceꝛ ſeu replicabitur ꝯtra eas tali die ⁊c̄. Quō aūt actor ꝯtra iſtaſ exceptiones rei factas ꝯtra ꝑſonas vł dicta teſtiū poſſit replicare. videlicet dicere teſteꝫ criminoſum fuiſſe de crimine emendatum. ergo in ciuili admittendū. de teſti. teſtimonium. infamē reſtitutū fame. de re iudi. cuꝫ E. ⁊ A. Vel dico abſentē citatū ad vidēdū iurare ⁊ ꝯtumacē ⁊c̄. Et replicationuꝫ forma patet ex ſuperioribꝫ. Et plures ſunt modi ꝓbandi ſeu ſpecies ꝓbationū. de q̇bꝫ no. ī ca. cū ad ſedem. de reſtiꝛ. ſpo. in glo. ⁊ no. q̄tuor. ⁊ ſuꝑ ea. in ſpe. de ꝓba. §. videndū aūt ſcꝫ ꝑ teſteſ. ꝑ inſtrumēta. ꝑ euidentiam facti ꝑ p̄ſumptionē. ꝑ famā. ꝑ delationē iuramēti. Si ergo actoris intētio nō eſt ꝓbata ꝑ teſtes. poteſt r̄currere ad inſtrumēta ſi habꝫ ⁊ iſta ꝓducere añ ꝯcluſionē cauſe etiam poſt publicationē. de fide inſtru. cū dilectus. niſi datꝰ eſſet terminꝰ ⁊ lapſus a iudice ad inſtrumēta. ſicut fit dando terminū ad ꝓducēdum oīa. poſt quē ſuꝑ ꝓductōe nō audireꝛ ī iſta inſtātia. de quo ibi no. in ſpe. de dilat. §.

videndū.ꝟ.quid ſi datus.plenꝰ in cle.ſepe.
de ꝟ.ſig.ꝟ.eo ſaluo.in glo.vbi ꝙ͂. Quid autē
ſit inſtrumentū ⁊ quot ſint ſpecies inſtrumē
toꝝ.⁊ in qͥbꝫ inſtrumētis adhibeatur fides.
⁊ qualiter ⁊ que ſcripture ꝓducte in iudicio
impugnent̃.⁊ de alijs circa hoc plene ī ſpe.
de inſtru.edi.ꝑ totū. Et videat ps ꝯ quaꝫ ꝓ
ducitur inſtrumentū ꝙ copiā eiꝰ petat.⁊ ter
minū ad impugnandū illud.⁊ in termino ſi
potuerit id impugnet.qꝛ alias eoipſo ꝙ pro
publico inſtrumēto fuerit ꝓductū. ⁊ aduer
ſarius ꝗ nil opponēs tacuit. Videt̃ illud ap
probaſſe de offi.dele.gratū. No. Oſtien.i.c.
qm̄ cōtra falſam.de ꝓba. Et ibi etiam plene
no.quō inſtrumentum debeat redigi ī actis
ſcꝫ ꝑ̄ncipiū ⁊ finis. Ponēdo tm̄ cautionē de
tenore ꝙ ceſſet equiuocatio ⁊c̄.vt ibi plene.
Si ergo actor ꝓbauit intentionē ſuam ꝑ te
ſtes vel inſtrumēta.reus ſi hꝫ ꝑempt̃. exce/
ptionē opponat eā. videat tm̄ vt eam probet
quia ſi fundata actoris intētione reus oppo
nit ꝑemptoriū.⁊ ſi in eiꝰ deficit ꝓbatiōe cō/
demnabit̃ actori ī expenſis quas fec̄ poſtꝗ̃
reus accepit inducias. Et ſi ſoluēdo nō eſt
ad arbitriū iudicꝭ punietur. Iſta eſt ꝓuiſio
decre.finem.de do.⁊ ꝯtu. Si tm̄ vult eaꝫ in
incōtinenti ꝓbare licet deficiat ſibi ꝓbatio.
nō eſt locus pene.vt ibi no. Debēt ergo duo
ꝯcurrere ad hoc ꝙ excipiēs patiet̃ hanc pe/
nam.ſcꝫ ꝙ fundata ſit actoris intētio.⁊ ꝙ ñ
in cōtinēti reus aſſumat onꝰ ꝓbandi. vt ibi
no. Poteſt ꝙ͂ reꝰ opponere exceptionē rei iu/
dicate vel trāſactōis.⁊ formas iſtaꝝ habui
mus ſupra. Vel pōt excipe de pacto de non
petendo.vł de p̄ſcrip.vł ſolutōe debiti fctā
⁊c̄.ſub hac forma

¶ Forma exceptiōis ad puniēdam ſeu eli/
dendā intētionem actoris

¶ Corā vobis honorabili dn̄o iudice ⁊c̄.ꝓ
ponit ꝓcurator ꝓcuratorio noīe talis rei.ex
cipiēdo ad intētionē talis actoris perimen
dā ſeu elidēdam.⁊ dicit ꝙ ip̄e reus domū ta
lem quā actor ab eo vēdicat poſſedit pacifi
ce.annis.xxx.⁊ vltra cōtinue eā p̄ſcripſit bo/
na fide. Quare petit ip̄m reū ab actoris im/
petitiōe abſolui ꝑ veſtrā ſn̄iam diffinitiuaꝫ
⁊ eundē actorē ſibi in expēſis lit̃. ꝯdēnari

¶ Vel ſic. In exceptione ſolutionis ad eli/
dēdam ⁊ efficaciter perimēdam talis acto/
ris intētionē ꝓcurator talis rei ꝓponit ⁊ dic̄
excipiēdo ꝙ etiā ſi debitū p̄tēſum per ip̄um
actorē a p̄dicto reo petitū eſſꝫ legitime ⁊ ſuf
ficiēter ꝓbatum. Ip̄e tamē reus de eodē de
bito p̄tenſo illud ſibi numerādo realiter ⁊ i
parata pecunia ꝑſoluēdo ſatiſfecit. Cū aūt
ſolutioni eius qđ debet̃ oīs obligatō ſit ſub
lata. Idcirco p̄dictꝰ ꝓcurator nomīe quo ſ͂
petit ⁊c̄. vt in p̄cedenti forma. ⁊ ſic de alijs
exceptiōibꝫ. Et reus exceptiōem ꝑempt̃.per
eū oppoſitā ꝓbare debet.qꝛ in excipiēdo re
us fit actor.⁊ ita in eū transfert̃ onus ꝓbādi
ff.de excep.l.j.⁊ in.l.exceptio.ſaltē regularit̃
quia in caſibꝫ nō ꝓbabit excipiēs. ſed actor
vt in exceptiōe nō numerate pecunie vł do
tis.de quo etiā in ſpec̄.de except̃.§.viſo. Si
tamē eam nō ꝓbat reus ex eo ſolo nō obtine
bit actor niſi ꝓbet intētionem ſuā.de excep.
cūm venerabilis.de quo etiā in ſpe.de exce
pti.§.viſo.ꝟ.illđ quoqꝫ. Et diligēter aduer
tat aduocatꝰ rei quibꝫ verbis vtat̃ in ꝯcipi/
da exceptiōe.de quo etiā in ſpc.in.§.ꝑ̄ti.al/
leg. Et tabellio huiuſmodi actū exceptiōis
ꝑempto.oppoſite ſcribit hoc modo.

¶ Comparuit in iudicio coram tali iudice
anno tali.die tali.talis reus vel talis ſuus ꝓ
curator.⁊ infraſcriptā obtulit ꝑempt̃.exce/
ptionem. Ex aduerſo iudice adhuc ꝓ tribu
nali ſedēte talis actor vel talis eius ꝓcura/
tor comparēs.eiuſdē exceptiōis copiaꝫ ſibi
ꝑ ipſum dn̄m iudicē decerni ⁊ fieri petijt.ac
cōpetentē terminū ad dicendū ꝯtra caſdem
ſeu replicandū aſſignari. Cui p̄dictꝰ domi/
nus iudex copiā exceptiōis huiuſmodi de/
creuit.⁊ talē diē ei ſtatuit ad dicendū ꝯ eam
ſeu replicādum ſi voluerit. Acta.⁊c̄ Vel ſic
Exhibitis his exceptiōibus per talē reū vel
talē eius ꝓcuratorē in p̄n̄tia talis actoris vł
ſui ꝓcuratoris.anno tali.die tali replicabi
tur die tali.⁊c̄. Si autē in termino ſic dato
actori ad replicandū.actor nullā ꝓponit re/
plicatiōem.quia forte nō habet tūc admitti
tur exceptio rei ad probādum.⁊ dabit reus
arti.de materia huiuſmodi ſue exceptionis
⁊ illas ꝓbabit ſi poterit per teſtes vel inſtru
mēta.⁊c̄.

¶ De renūciatione ⁊ cōcluſione

Poſtꝗ̃ vt premiſſum eſt ꝓceſſum eſt in
cauſa.vt quia lis eſt cōteſtata.iuratuꝫ eſt de
calumnia.date ſūt poſitiōes ⁊ articuli.⁊ ad
poſitiōes ⁊ reſpōſiones facte ſunt ꝓbatiōes
teſtium vel inſtrumētoꝝ.inducte exceptōes
oppoſite replicatiōes.forte ⁊ duplicatiões
ſubſecute.cū partes nō habēt qđ vlterius i
cauſa ꝓponāt vlterioribꝫ ꝓponēdis renūciāt

⁊ poſtulant in cauſa ɔcludi. Et iſta omnia ſunt redigēda in ſcriptis ⁊ in actis .de ꝓba. qm̄. Et ſi vna partiū renūciet ſeu renūciare velit. ⁊ alia dicit ꝙ adhuc habeat aliqua ꝓponere. q̄re dicit ꝙ nō vult renūciare. Tūc iudex aſſignabit ei terminū cōpetentē infra quē ꝓponat q̄cq̄d velit. de quo in ſpec. de renunc. in ꝑn. Et videt̄ aliquibꝫ ꝙ idem ſit renūciare ⁊ ɔcludere. ⁊ hoc tenet Hoſt. vt no. de cau. poſ. paſtoralis. cū textu ibi. Et in. ca. qm̄ ɔtra. de ꝓba. ponit iſta vt diuerſa. ⁊ ꝙ eorum quodlibet ſit actꝰ ꝑ ſe. Et tenet G. ī ſpecu. de renunci. ⁊ cōcluſione. in ꝟ. ⁊ nota. Et ſic poteſt dici ꝙ ꝑ renūciationē renūciat̄ ꝓbationibꝫ ⁊ allegationibꝫ facti. Per ɔcluſionem inducit̄ renūciatio allegationū iuris. Dicit tn̄ Io. an. in addi. ſpe. in loco ſupra allegato. ꝙ in renūciationibꝫ hmōi ſunt pōderanda verba ⁊ ſtatus cauſe ⁊ ɔſuetudo fori quia ſi fit renūciatio allegationibꝫ ⁊ omnibꝫ ꝓbationibꝫ. certū eſt ꝙ iſta renūciatio eſt cōcluſio. vt no. in. c. cū dilectꝰ. de fi. inſtrumē. in glo. ij. Et idem putat ipē ſi fit renunciatō allegationū iuris ⁊ facti. ⁊ hoc qn̄ ſtatꝰ cauſe patitur ɔcludi. Itē ſi habet ɔſuetudo fori ꝟbum allegatōis cōprehēdere ius et factum Et ꝑ illud ſolū ɔcludi. vt tūc renūciatis allegatiōibꝫ ꝑ h̄ etiā intelligat̄ cōcluſum. de q̄ etiā ꝑ modernos in cle. ſepe. ꝺ ꝟ. ſig. Poteſt ergo ſic regiſtrari ī actis renūciatio ⁊ ɔcluſio ꝑ tabellionem ¶ Anno tali. die tali Cōſtitutꝭ corā tali iudice partibꝫ p̄dictis. puta tali actore ⁊ tali reo vel eoꝝ ꝓcuratoribꝫ. ipē partes in cauſa hmōi allegationibꝫ vlterioribꝫ mutuo renūciarūt. petētes ɔcludi cauſa in eadē. In qua etiā quātuz in eis erat cōcluſerūt. Vñ iudex p̄dictus hmōi renūciationem admittēdo in ipa cauſa cū eiſdē ꝑtibꝫ ſeu eoꝝ ꝓcuratoribꝫ vt p̄fert̄ cōcludētibꝫ et ɔcludi volētibꝫ ⁊ petētibus ɔcluſit. ⁊ habere voluit ꝓ ɔcluſo. Acta ⁊c. Facta ɔcluſiōe in cauſa ampliꝰ ꝓbationi nō eſt locꝰ etiam ꝑ inſtrumēta. vt in dicto. c. cū dilectus. ꝺ fide inſtru. Iudex tn̄ ex officio interrogare p̄t pꝰ ɔcluſionē de facto ſi aliq̄d dubitatōnis occurrit. vt in. c. cū Io. eo. ti. Sed hoc iudex nō faciat ad petitionē partiſ. vt ibi no. ⁊ ī. c. ī p̄ñtia. de ꝓba. in fi. glo. iiij. ⁊ in. c. ꝑ tuas. ꝺ teſtibꝫ. Quō aūt fiāt allegatiōes iuris tractat Guil. in ſpe. de diſpu. ⁊ alle. ꝑ totū. Et ſic ſumus expediti de ſecūda ꝑte p̄ncipali ordīs iudiciarij

## Interlocutorie ſentētie.

SEd antequā ueniamus ad tertiā ꝑtē. ſ. de ſnīa ⁊ illis que eā ſequunt̄. quia aliqñ aliqua emergūt in lite ſeu cauſa ſuꝑ quibꝫ iudex hꝫ interloqui. Nā licet ſuꝑ incidēti nō ſit neceſſe ꝓnūciare. tamē ſuꝑ emergēti eſt ꝓnūciandum. vt no. de or. cog. c. j. Et q̄d ſit incidens vel emergēs ibi no. ⁊ ideo de īterlocutorijs videamꝰ. Et que ſit ſnīa interlocutoria no. ī clemē. vnica. de ſequeſt. poſſ. in glo. ꝟ. diffinitiua. ⁊ vide no. in. c. j. de ap. li. vj Suꝑ exceptōe ḡ dilatoria videlicet an libellꝰ ſit offerendus vel nō. vel an ſit ei rñdenduz. vel an cauſa ſit corā ipo iudice tractāda vel nō. vel vtrū excōmunicationis exceptio ɔtra actorem oppoſita ſit ꝓbata vel nō. vel vtrū dilatio petita ſit ɔcedēda vel nō. ⁊ de ſimilibꝫ exceptionibꝫ iudex ꝓnunciet interloquēdo ſꝫ hac forma

¶ Forma ſentētie interlocutorie ſuꝑ exceptione dilatoria

¶ N. decanꝰ ⁊c. Cū in cauſa tali que int̄ talem actorē ex vna. ⁊ talē reū parte ex altera. de ⁊ ſuꝑ re vel debito tali in iudicio corā nobis vertitur ꝓ parte dicti rei oblata fuit exceptio talis vel talis dilatio petita. vl' fuit ꝓpoſitum excipiēdo libello ſibi ꝑ actorē oblato nō eſſe reſpondēdum vel actorē ab agendo repellendū. ꝓ eo ꝙ maioris eſſet vinclo excōmunicatiōis innodatꝰ. vel nobis ī hac cauſa iuriſdictionē nō cōpetere. ꝓ eo ꝙ tempore impetratōis reſcripti ipē actor ipetrās fuerit maioris excōmunicationis ſnīa ligatus ⁊c. Nos viſis ⁊ diligēter cōſideratis ſuper hoc ꝑ teſtes hincinde corā nobis productis ꝓpoſitis ⁊ allegatis. Habito etiā cōſilio cū peritis. ꝓnūciamus. decernimuſ. ⁊ declaramus p̄dictā exceptionē admittēdā nō eſſe ſeu ea nō obſtāte in cauſa hmōi ad vlteriora ꝓcedēdum fore. ⁊ ꝑ nos ac corā nobis ꝓcedi debere ¶ Vel ſic ſi eſt legitima exceptō Decernimꝰ ⁊ ꝓnūciamꝰ ipam exceptionem eſſe admittēdaz. ⁊ admittimꝰ actorē ꝓpter excōmunicationis vinculū ab agēdo repellēdum excludendū fore. ⁊ excludimꝰ ſeu repellimus ſeu nobis obſtāte exceptione p̄dicta iuriſdictionē ⁊ cognitionē in negocio hmōi nō competijſſe. neqꝫ cōpetere ſeu libello predicto ꝑ ipm̄ reū rñdendū nō eſſe. ſed eūdem reū ab inſtātia iudicij fore abſoluendū ⁊ ab

ſoluimus. Et ipm̄ actorē ſibi in expēſis legi
timis condemnamꝰ. earꝫ taxationē nobis in
poſterꝫ reſeruātes Et tunc in fine interlocu
torie tabellio ſubſcribet iſto modo
Lecta ⁊ lata eſt hec interlocutoria āno ta
li. die tali. in pn̄tia ipaꝝ ptiū vel ꝓcuratori/
bus pn̄tibꝫ talibꝫ. ⁊c̄. Et de iſtis ⁊ de alijs i/
terlocutoriaꝝ formis no. in ſpe. de excep. §.
viſo. Et eſt interlocutoria q̄ ferꝛ inter ꝑnci/
pium cauſe ⁊ finē nō ſuꝑ ꝑncipali. ſꝫ ſuꝑ in
cidētibus queſtionibꝫ vel emergētibꝫ. ꝺ ap.
ſignificātibꝫ. de teſti. ſignificauerūt. Et tran
ſit interlocutoria in rē iudicatā quo ad ptez
ſi ab ea infra decē dies nō fuerit appellatuꝫ
vt in. c. cūqꝫ dilecta. in fi. de elecꝛ. ſꝫ nō q̄ ad
iudicē q̄n poſſit eā reuocare etiā poſt decez
dies. de q̄ tn̄ dicendū eſt. vt ple. no. in. c. cum
ceſſante. de ap. in glo. j. Ubi diſtinguūꝛ treſ
ſpēs interlocutoriaꝝ. Quia q̄dā interlocu/
torie ꝑparāt ſeu ordināt litē. Quedā emer/
gentia ſeu incidētia in lite decidūt. Quedaꝫ
aliq̄d reſtitui vel dari vel nō dari. fieri vl' n̄
fieri. vl' aliq̄d eq̄pollens iubēt. ꝯcludēdo tn̄
ibi tenēt doc. ꝙ oīs interlocutoria mutari ⁊
reuocari pt̄ ex cauſa. ſine cauſa nō. maxime
poſt. x. dies ſine volūtate ptis ꝓ qua eſt lata
Un̄ ſi iudex ſine cauſa iuſta interlocutoriaꝫ
reuocet poterit appellari
Formas aūt diuerſas reuocationis in/
terlocutorie ponit Guil. in ſpecu. de exceptꝛ.
§. viſo. Quia poteſt ſic dicere iudex.
Nos talis iudex ⁊c̄. q2 in tali cauſa ⁊c̄. pri
dem ſuꝑ tali exceptōe ꝑ talē reū oppoſita. ꝓ
nūciamus interloquēdo eandē exceptiōem
nō eſſe admittēdā. vel q2 ꝯtra talē ſic ꝓceſſi/
mus ⁊c̄. Habito poſtmodū ꝯſilio peritorū
inuenimꝰ ipm̄ grauaſſe. vel indebite ꝯ eum
ꝓceſſiſſe. Idcirco vſi ꝯſilio ſaniori interlo/
cutoriā ipam vel ꝓceſſum hmōi expreſſe re
uocamus. Quidā tn̄ iudices erubeſcentes
factū ſuū reuocare ſic dicūt. Nos tal' iu/
dex ⁊c̄. Si te talē in aliquo grauauimus. il
lud reuocamꝰ ⁊c̄. Sꝫ tal' reuocatio dubia ē
ꝯditionalis ⁊ incerta. ⁊ ideo nō admittēda.
Un̄ appellās nō obſtāte tali reuocatiōe ni/
hilominꝰ inſiſtere poteſt ꝓſecutōi ſue appel
lationis. ſi pure nō fiat reuocatio. Quidaꝫ
etiā iudices ſic dicūt. Frater ſi te graua/
uimus ī aliquo parati ſumꝰ illud reuocare
de ꝯſilio ſapientū. Et ꝑfigimꝰ tibi talem ter
minū ad cōparendū. infra quē volumꝰ ple/
plicatõibꝫ. ꝑ totũ Vel bñficio reſtitutõis in
integrũ. vt eo. ti. ꝑ totũ. Et tũc ex quo ſic im
petratur ꝓncipaliter ꝓcedetur in cauſa re/
ſtitutionis in integꝝ oꝛdine iuris obſeruato
vt de offi. iudi. c. ij. Et iſta cauſa tunc finiri
debet ⁊ expediri infrã quadriēnium. vt ĩ cle
men. vnica. de reſti. in inte. Et libellos ĩ ma
teria reſtitutiõis ponit Guil. in ſpec. ꝑte. iiij.
de reſti. in inte. Raro hic in ꝑtibꝫ pꝛacticať.
igitur omitto. Et quia vt dictũ eſt aliq̄ñ reꝰ
nõ parens ſentētie excõmunicatur. ⁊ aliq̄ñ
ꝓ cõtumacia. quia citatus nõ cõparet. vt vi
ſum eſt ſupꝛa in ꝓncipio ꝓceſſus. Et q̇a vo
lens parere ⁊ abſolutõem petēs debꝫ abſol
ui. vt in. c. cũ cõtingat. de offi. dele. Ideo vt
habeanť foꝛme abſolutionũ ſciendũ. ꝙ ſi q̇ſ
eſt excõmunicatꝰ ꝓ ꝯtumacia. ſi vult cauere
de parēdo iuri eſt abſoluēdus ſub forma iu
ris. Si offert cautionem de parendo iuri ⁊
ſoluēdo expēſas rõe ſue cõtumacie ꝑ aduer
ſariũ factaſ. de appel. qua fronte. ꝟ. ſane. d iu
di. c. j. Et hoc ſi ſentētia eſt iuſta. quia ſi eſt ĩ
iuſta debet abſolui ſine difficultate. de ſnīa
excõ. cũ medicinalis. li. vj. §. ſi quis. cum cõ/
coꝛd. Et intelligendũ eſt etiã quãdo excom
municatꝰ eſt ꝓ ꝯtumacia vel offenſa dubia.
Nam ſi quis eſt excõmunicatꝰ ꝓ cõtumacia
vel offenſa notoꝛia nõ abſoluitur. niſi ſatiſ/
factione ꝓmiſſa. vt in. ca. ex ꝑte. de ver. ſig. q̄
ad offenſam manifeſtã. De manifeſta cõtu/
macia ꝓbať. vt ĩ. c. venerabilibꝫ. in. §. ſecꝰ. de
ſen. excõ. li. vj.

Sequitur foꝛma abſolutiõis ſub foꝛma
iuris

N. talis iudex ⁊c̄. Rectoꝛi tali ſeu plebano
Salutē in dño. Quia talis excõmunicatuſ
a nobis ꝓ cõtumacia ad inſtãtiam talis pa
ratum ſe offert ſtare iuri coꝛã nobis. Unde
ipm ab hmõi excõmunicatõis ſnīa abſolui/
mus in dei noīe in his ſcriptis. Et idē taleꝫ
in quo ꝑdicto actoꝛi ſatiſfaciat ⁊ iuri paꝛeat
coꝛã nobis ſibi ꝓ termino ꝑemp. aſſignamꝰ
Quare vobis mãdamus quatenus eũdem
N. ſic abſolutũ publice nũcietis. Volētes
aũt pꝛedictũ terminũ actoꝛi memoꝛato tem
peſtiue intimare vel nunciare. Datum ⁊c̄.
Vel bꝛeuius ſic.

Officialis vel iudex talis tali plebano ſa
lutem in dño. Quia talis excõmunicatus a
nobis ꝓ cõtumacia ad inſtantiã talis para/
tus eſt die ſeu feria tali ſtare iuri coꝛã nobis
vnde ipm ſub foꝛma iuris abſoluimꝰ. Mã
damus vobis. quatenꝰ eundē N. ſic abſolu/
tum publice nũcietis ⁊ ꝑdictũ terminũ vo/
lumus actoꝛi mature nũciari. Datũ. ⁊c̄. Et
iſta foꝛma coꝛã oꝛdinario ſic frequentatur.
In aliquibꝫ locꝭ abſoluiť excõmunicatꝰ per
iudicē a vinculo excõmunicatiõis ⁊ remitti
tur ad ſacerdotē ad recõciliandũ ꝓ peccato
inobediētie ꝓ quo fuit excommunicatꝰ. Et
hmõi recõciliatõis foꝛmã ponit Guil. ĩ ſpe.
de ſen. pla. in ꝟ. debet aũt fieri abſolutio cuꝫ
pſalmo penitētiali. Poſſit etiã foꝛma abſo/
lutiõis extēdi ⁊ dilatari narrãdo ꝓceſſũ ha
bitũ ⁊ ꝯtumacie q̄litatē ⁊ alia. ſic faciũt q̇dã
delegati ſub hac vel ꝯſimili foꝛma

N. ꝑpoſitus vel decanꝰ eccīe talis iudex
delegatꝰ ⁊c̄. Uniuerſis ⁊ ſingulis ꝑpoſitis.
decanis. ſcolaſticis. cantoꝛibꝫ. theſaurarijs
hebdomadarijs. plebaniſ. vicarijs. altariſtꝭ
ceteriſq̄ꝫ diuinoꝝ rectoꝛibꝫ ⁊ vices eoꝝ tenē
tibus ſeu gerentibꝫ. clericis ⁊ notarijs publi
cis quibuſcũq̄ꝫ ꝑ talē ciuitatē vľ dyoceſim
Magũ. ac alˀs vbilibet ꝯſtitutis q̄ ꝓñtibꝫ
fuerint req̇ſiti Salutē in dño. ⁊ mãdatꝭ no
ſtris imo verius apoſtolicis firmiter obedi
re. Cũ in cauſa que inteř talē actoꝛē ex vna
ꝑte. ⁊ talem reũ parte ex altera de ⁊ ſuꝑ tali
re vel debito vertiť coꝛam nobis. ⁊ ꝑdictus
actoꝛ ꝑfato reo libellũ in ſcriptis obtuliſſet.
Nos eidē reo diē talē ad rñdendũ eidē libel
lo. vľ exceptiões dilatoꝛias ſibi foꝛſitã cõpe
tentes ꝓponendũ ꝓ termino ꝑemptoꝛio du/
ximus aſſignandũ Sꝫ qꝛ in termino hmõi
idem reꝰ minime cõparuit ꝑ ſe vel rñſalem ⁊
exceptiones aliquas ꝑponere aut pꝛedicto
libello rñdere ꝯtumaciter non curauit. Id
circo idem N. reus ꝓ ꝯtumacia huiuſmodi

monitione p̄miſſa ꝑ nos fuit ⁊ eſt excōmuni
cationis vinculo innodat⁹. Nūc aūt re⁹ ipe
ſe repñſentans corā nobis petijt humiliter ⁊
deuote ab hmōi excōmunicatōis ſnīa ſe ab
ſolui offerēs ſe iudicio ſiſti ſeu de parendo
iuris cautioni. etiā p̄ſtans ⁊ dicēs ſe paratū
parti aduerſe ſatiſfacere ↄgrue de expenſis
Vñ citato adhuc ipo aduerſario. ⁊ pñte vł
ↄtumaciter abſentāte. ac recepto ab ipo ex/
cōmunicato p̄us iuramēto ſm formā iuris
de parēdo mādatis eccie. ⁊ ↄgrua facienda
ſatiſfactiōe expēſaꝝ eū ab hmōi excōicatōis
vinculo abſoluim⁹ ⁊c̄. vt ſupra. Et cautelā
de cuſtodiēda ⁊ reſeruanda abſolutōne dat
gloſa in. c. ꝓpoſuit. de cle. excō. miniſtran. Et
Guil. in ſpe. de ſen. ꝓla. §. nūc aūt. ṽ. abſolu/
tionem aūt. Dū ṽo excōmunicat⁹ ꝓ debito
vel pro re iudicata vel ꝓ crimine vł offenſa
manifeſta ſatiſfecit. tūc ſimplicit̄ abſoluerit
ſub hac forma.

¶ Forma abſolutionis ſuper debito vel re iudicata

¶ Officialis ⁊c̄. Quia talis excōmunicat⁹
ꝓ re iudicata vel ꝓ tali manifeſta offenſa ad
inſtantiā talis de hmōi iudicato vel offenſa
ſatiſfecit. Idcirco eū abſolutiōem petētem
abſoluim⁹ in dei noīe ī his ſcriptis. Mādā
tes ⁊c̄. vt ſup̄. De abſolutōe ad cautelā quō
⁊ qualit̄ fiat. no. in. c. apłice. de excep. ⁊ in. c.
ſolet. de ſen. excō. li. vj.

¶ De ꝓceſſu q̇ fit ſimpliciter ⁊ de plano

# Viſum eſt ſupra de

ꝓceſſu ordinario q̇ in cauſis regula
riter obſeruat̄. Sed eſt q̇dā ſpecialł
ꝓceſſus q̇ obſeruat̄ qñ iudex ſimpliciter ⁊ ð
plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij ꝓcedit.
Et quis ordo tūc ſeruādus ſit tradit̄ in cle.
ſepe. de ṽ. ſig. qꝛ libell⁹ neceſſario non offert̄
Eſt tñ dāda petitio ſummaria ī ſcriptis. vł
faciēda verbo ⁊ in actis redigēda. Itē ꝓce/
detur ſine litis ↄteſt. ac ſine ↄcluſione. q̄ tria
in ꝓceſſu ordinario ſunt de ſubſtātia. vt ibi
dictū eſt. Poteſt etiā ferre ſnīam diffinitiuā
ſtando qđ in alijs nō poſſet. vt etiā ibi nota.
Et valꝫ citatio ad ſnīam audiendā. etiā nō
ꝑempt̄. q̄ alias ſufficiēs nō eſſet. Itē in iſto
ꝓceſſu fortius q̄ꝫ in alio dꝫ iudex amputare
materiā dilationū. refrenare iurgia partiū.
⁊ teſtiū multitudinē. Et ꝓcedere poteſt tem
pore feriaꝝ. ⁊ in fauorē hoīm introductorū
Et ita ſunt plura in h̄ ꝓceſſu ſpecialia. ſ. xj.
vel. xij. vt no. in illa cle. ſepe. d e ṽ. ſig. in glo. ſ
Et ꝓceſſum hmōi aliqñ iudex tenet̄ obſ͛ua/
re. aliqñ poteſt ſi vult. qꝛ ſi ꝑnceps mandat
ſic ꝓcedi vt faciat in ↄſeruatorijs ſtudiorꝫ
tūc ita iudex tenet̄ ꝓcedere. Valet tñ ꝓceſſuſ
ſi ordo iudiciari⁹ ꝑtib⁹ oīno nō ↄtradicētib⁹
fuerit obſeruat⁹. vt ſepe. alle. Sꝫ pōt iudex
ſic ꝓcedere ſi vult. ſcꝫ in cauſis p̄uilegiatꝭ a
iure ſuper tali ꝓceſſu. Et iſte ſunt quattuor
ſpecies cauſe. beneficiales. matrimoniales.
decimaꝝ ⁊ vſuraꝝ. In iſtis relinquit̄ pote/
ſtati iudicis ſi vult ꝓcedere ſimpłr ⁊ de pla/
no. vel ordinē iudiciariū obſeruare. vt ī cle
men. diſpēdioſam. de iudi. ṽ. de h̄ in glo. nō
licet. Et qꝛ pōt iudex vt dictū eſt ī iſtis cau
ſis obſ͛uare ordinē ⁊ ſic libellū exigere. Qua
liter ḡ in cauſa bñficiali formādus ſit libel/
lus videam⁹. Et pōt ſic ↄcipi

¶ Forma libelli in cauſa beneficiali

¶ Corā vobis honorabili viro dño audi/
tore vel iudice. ꝓponit ꝓcurator ꝓcuratorio
noīe diſcreti viri A. canonici eccie btē Ma
rie virginis Erford. Maguñ. d ẏoc̄. cōque
rendo ī iure aduerſus B. clericū ſe aſſerētē
d ẏoc̄. eiuſdē ⁊ quēlibet aliū ꝓ eodē ī iudicio
legitime interuenientē. Et dic̄ q̄ licet p̄fato
A. vigore gr̄e apłice eidē de canonicatu ſ h̄
expectatōe p̄bende ī eccia ſancte marie p̄di/
cte in ſpeciali facte canonicat⁹ ⁊ p̄bēda per
mortē quondā C. eiuſdē eccie dū vixit ca/
nonici p̄bēdati tūc vacātis ꝑ certū executo
rem ad h̄ a ſede apłica ſpēaliter deputatum
fuerint ⁊ ſint collati. ⁊ ſibi de eiſdē ſit ꝓuiſuꝫ
Ac ipe A. ad canonicatū ac p̄bendā hmōi ꝑ
eundē executorē inueſtit⁹ exiſtat. ſic q̄ idem
canonicat⁹ ⁊ p̄benda cū iurib⁹ ⁊ ꝑtinentijs
ſuis vniuerſis ꝑtineāt ⁊ ꝑtinere debeant ad
eundē. Tamē p̄fat⁹ B. ad eoſdē canonica/
tū ⁊ p̄bendā ſe intruſit de facto ⁊ intrudi fe
cit ⁊ ꝓcurauit. ac intruſionē de ſe factā ratā
habēdo p̄dictos canonicatū ⁊ p̄bendam de
tinuit ⁊ occupauit. detinet ⁊ occupat fruct⁹
reddit⁹ ⁊ ꝓuētus. iura ⁊ obuētion̄. ꝓuenien̄.
ex eiſdē ꝑcepit ⁊ inburſauit. ꝑcipit ⁊ inbur/
ſat. Seq̄ꝫ p̄fato A. oppoſuit ⁊ opponit. ac eū
impedit ⁊ impediuit. fecitq̄ꝫ ⁊ facit ꝑ intruſi
onem. occupatiōem ⁊ alia ſupradicta q̄mi/
nus ipe A. canonicat⁹ ⁊ p̄bēde hmōi ac iuri
um ac ꝑtinētiaꝝ earundē poſſeſſionē ſeu q̄ſi
aſſeq̄ poſſit. ⁊ habere aīe ſue ꝑiculū. ⁊ p̄dicti
A. ꝑiudiciū ⁊ detrimētū. Quare agit et pe/
tit ꝓcurator q̄ ſupra noīe ꝓcuratorio q̄ten⁹

vos dn̄e auditor ſeu iudex reuerēde p̄cogni
to q̄ntum ſufficit de p̄miſſis ꝓnūcietis. de/
cernatis ⁊ declaretis canonicatū ⁊ p̄bendā
p̄dictos ad memoratū A. ꝑtinuiſſe d̄ iure ꝑ
tinere. ⁊ eos eidē A. adiudicādū fore. ac ad
iudicari debere ⁊ adiudicetꝫ. Intruſionēqꝫ
detentionē occupatiōem ⁊ alia p̄miſſa teme
raria illicita ⁊ iniuſta fuiſſe ⁊ eſſe. Et predi/
ctum B. occupatorē ab occupatōe impedi/
mentis ⁊ alijs p̄dictis cōpeſcendū ⁊ compe
ſcatis ſibi de p̄fatis ſilentiū imponēdū ⁊ im
ponatis ſuꝑ eiſdē ⁊ canonicatu ⁊ p̄benda. ⁊
eoꝝ detētione eū remouendū ⁊ remoueatis
Predictūqꝫ A. in poſſeſſionē ſeu q̄ſi eorun
dem canonicat⁹ ⁊ p̄bende. iuriūqꝫ ⁊ ꝑtinen
tiaꝝ ip̄aꝝ inducendū ⁊ inductū defendēdū
atqꝫ inducatis ⁊ defendatꝫ. ſeu induci ⁊ de
fendi p̄cipiatis. ip̄m B. p̄dicto A. ī fructibꝫ
ꝑceptis ⁊ expēſis litis legitimis nihilomin⁹
ↄdemnādo ꝑ veſtrā diffinitiuā ſnīam ⁊ eiuſ
executiōem. Hec petit ↄiunctim et diuiſim
ad neceſſariā ꝓbatiōem ſolū ſe aſtringēs. of
ficiū veſtꝝ ī p̄miſſis oībꝫ ⁊ ſingulis quantū
opus fuerit humilit̄ implorādo. ſaluo iure
corrigēdi. addēdi. minuēdi ⁊c̄. vt eſt morꝫ
Iſte libell⁹ ꝓcedit qn̄ agēti bn̄ficiū iā ē col/
latū. ita q̄ eſt ſuū ⁊ habet ius in re. Si vero
nondū eſſet ſibi collatū vel de eo vel de ca
ꝓuiſum. ſꝫ ↄferendū ita q̄ nō eſſet ſuū ſꝫ ſibi
debitū eſſet ius ad rem. de quo d̄ reſcrip. au
ditor. in cle. in glo. ſi ꝓnūciaret. Tunc ſm̄ h̄
deberet mutari libell⁹. ſ. narrādo quō bn̄fi/
cium tale de tali cā ſibi eſſet debitū. Et petē
do id ſibi debitū ⁊ ↄferendū ꝓnūciari. ⁊ tūc
auditor q̄ ꝓnūciat illud ei debitū poteſt ſibi
ſine nouo mādato de illo ꝓuidere vt circui/
tus euitet̄. vt in cle. alle. c. auditor. d̄ reſcrip.
Uel etiā debet fieri mutatio libelli ſm̄ q̄nti
tatē facti. Et plures libelloꝝ formas ponit
Guil. in ſpe. de p̄ben.

¶ Si bn̄ficiū eſt de iurepatronat⁹ tūc bn̄fi
ciatus ſic formet libellū ſuū

¶ Corā vobis ⁊c̄. Et dic̄ q̄ licet A. p̄dictuſ
ad ecc̄iam vel vicariā talē ꝑ mortē quondā
C. vlt̄. rectorꝫ eiuſdē vacātis ꝑ D. clericum
vel laicū ip̄i⁹ ecc̄ie vl̄ vicarie veꝝ patronuꝫ
⁊ in iurepatronat⁹ ecc̄ie vel vicarie eiuſdē ī
poſſeſſione vel q̄ſi exiſtētem. ac ꝓ tali habi/
tum cōmuni iure ⁊ deputatū vob dn̄o p̄po
ſito vl̄ archidyac̄. vl̄ offic̄. infra tp̄s debituꝫ
q̄drimeſtre pn̄tat⁹ exiſtat. Ad inueſtiēdū tn̄
p̄dict⁹ B. pn̄tationi h̄mōi facte. ⁊ īueſtiture
faciēde ſe oppoſuit ⁊ opponit temere. impedi
uit ⁊ impedit friuole. ac fecit ⁊ facit min⁹ iu/
ſte. Quo min⁹ p̄ſentatio p̄dicta per vos ad/
miſſa fuerit ſuū debitū ſortitā atqꝫ ſortiatur
effectū. Agit igit̄ ⁊ petit ꝓcurator p̄dict⁹ no
mine q̄ ſupra. q̄ p̄cognito q̄ꝫtū ſufficit de p̄/
miſſis ꝓnūciari decerni ⁊ declarari pn̄tatio
nem de p̄fatō A. vt p̄fert̄ fuiſſe factā eſſe ad
mittēda ⁊ admitti. ip̄mqꝫ A. ad ecc̄iam vl̄ vi
cariā p̄dictā inſtituendū ⁊ inueſtiendū fore
inſtitui ⁊ inueſtiri. Ac in corꝑalē ac realē ip̄i
us ecc̄ie ſeu vicarie. iuriūqꝫ ⁊ ꝑtinētiaꝝ eiuſ
dem poſſeſſiōis vel q̄ſi inducēdū ⁊ induci. p̄
dictoqꝫ B. aduerſario ſuꝑ oppoſitōe ⁊ īpedi
mētis ad ecc̄iam ſeu vicariā talē ꝑpetuū ſi/
lentiū imponēdū ⁊ īponi. Et ab ip̄is īpedi/
mētis ab oppoſitōe eſſe cōpeſcendū ac cōpe
ſci veſtra ſnīa diffinitiua ⁊ cēſura ecc̄iaſtica
mediāte. Hec petit ↄiunctim ⁊ diuiſim vna
cū expēſis litis ⁊c̄. ¶ Iſta petitio colligit̄ ex
no. ꝑ In. in. c. cū Bertold⁹. de re iudi. Et q̄
dam addūt ī libello. Peto pn̄tationē meam
admitti. ⁊ pn̄tatiōꝫ aduerſarij ꝑ nō patronū
⁊ cū q̄ nullū ius pn̄tandi hꝫ factā caſſari ⁊c̄.
De quo in alle. c. cū bertold⁹. Sꝫ nō eſt cu/
randū Et ſi aduerſari⁹ pn̄tat⁹ a nō patrono
iam eſſet inſtitut⁹ ſm̄ h̄ aliter formaret̄ peti/
tio iſto mō̄. Peto talē a nō patrono nec iure
patronat⁹ poſſeſſore pn̄tatū ⁊ male inſtitu/
tum ab illo bn̄ficio amoueri ⁊ meā pn̄tatōꝫ
a vō patrono factā admitti ip̄m bn̄ficiū mi
hi adiudicari ⁊ me ad illud inſtitui ⁊ iueſti/
ri ⁊c̄. vt in. c. cū bertold⁹. ſup̄ alle. Et ſi forte
pn̄tator ī veritate nō eſt patron⁹ ſꝫ ſolū poſ/
ſidet iuſpatronat⁹ cū bona fide. tūc pn̄tatuſ
nō dicat ī libello ip̄m eſſe patronū. ſꝫ ipſuꝫ
fuiſſe tp̄e pn̄tatiōis ⁊ eſſe ī poſſeſſione vl̄ q̄ſi
iuriſpatronat⁹. ⁊ ſuffecit. vt in. c. ↄſultatōibꝫ
de iurepatronat⁹ ⁊c̄. de q̄ etiā no. in. c. ij. d̄ re
ſti. in inte. cū ſimilibꝫ. Cū aūt de iurepatro
nat⁹ agit̄ inter patronos. q̄liter tūc cōcipiat̄
libell⁹ ponit Guil. in ſpe. de iurepatronat⁹.
Et poteſt ſic formari

¶ Libell⁹ qn̄ agit̄ de iurepatronat⁹ int̄ pa
tronos.

¶ Corā vobis ⁊c̄. ꝓponit ↄquerēdo in iure
ꝓcurator noīe ꝓcuratorio diſcreti viri. A.
laici aduerſum B. laicū. Et dicit q̄ licꝫ ius
patronat⁹ tal̄ ecc̄ie vel vicarie ad p̄dictū A
ꝑtineat ⁊ ꝑtinere debeat de iure. Ipſeqꝫ A.
fuerit tp̄e ſpoliatōis infraſcripte ī poſſeſſiōe
vel q̄ſi iuriſpatronat⁹ ecc̄ie vl̄ vicarie eiuſ/

dem. Tū p̄dict⁹ B. die anno ꝛ mēſe tali q̄n
dā D. ad eccīam ſeu vicariā p̄dictā tunc cer
to mō vacantē vob p̄ñtauit. ip̄m a poſſeſſio
ne vel qnaſi iuriſpatronat⁹ p̄dicti ſpoliādo.
Quare agit ꝛ petit ꝓcurator p̄dict⁹ q̄tenus
vos dn̄e iudex p̄cognitis q̄ꝫtū ſufficit de p̄/
miſſis ꝓnūcietis. decernat꜃. ꝛ declaret꜃. iuſ/
patronat⁹ eccīe vel vicarie p̄dicte ad p̄fatū
A. ptinuiſſe ꝛ ptinere. p̄ñtationē꜀ ꝛ ſpolia/
tionē p̄dictas ꝛ temerarias ꝛ illicitas iniu/
ſtas eſſe ꝛ fuiſſe. ac eundē A. in p̄ſtinū ſtatuꝫ
poſſeſſionē ſeu q̄ſi eiuſdē iuris reponēdū re
ſtituendū ꝛ reducendū fore. reſtitui. reponi.
ꝛ reduci debere. Reſtituatiſ꜀; reponat꜃ ꝛ re
ducatis p vеſtrā diffinitiuā ſn̄iam Et p iſtū
libellū intētat̄ poſſeſſoriū ꝛ petitoriū. Poſ/
ſet etiā alteꝝ tm̄ intētari. vt dictū eſt ī alio ꝓ
ceſſu circa formas libelloꝝ. Et iſta cā̄ ſuper
iure patronat⁹ nō eſt bn̄ficialis. cū d̄ titulo
bn̄ficiali nō agat̄. Vn̄ in ea ꝓcedēdū eſt or/
dine iudiciario obſ̄uato. Et ſup p̄mo libel
lo p̄ñt ſic formari poſitōes ꝛ articuli. vt in p̄
orib⁊ formis ¶ In p̄mis ponit ꝛ ꝓbare intē
dit ꝙ in dyoc̄. Magun̄. ī terra thuringiorū
fuit an̄. x. xx. xxx. vel. xl. annos citra vel vltra
ꝛ a tp̄e de quo vel de cui⁹ initio ſiue contra
rio memoria hoīm nō exiſtit. fuit ꝛ eſt q̄ddā
opidū vocatū cōiter opidū Erford. habēs
diuerſas eccl'ias collegiatas ꝛ ꝓchiales.
ac al's palā ꝛ notorie. Itē ꝙ in eodē opido
Erford. inter alias eccīas ibidē fuit a predi
cto tp̄e ꝛ p idē tp̄s. ꝛ eſt etiā collegiata eccīa
beate marie ꝟginis ab Erford. cōiter appel/
lata. hn̄s p̄poſitū. decanū. ꝛ capitulū. certaſ
ac diſtinctas p̄bendas ac iura alia eccīe col
legiate publice ac manifeſte. Itē ꝙ de p̄miſ
ſis ꝛ ſignāter oīb⁊ fuit ꝛ eſt publica vox ꝛ fa/
ma. Itē ponit ꝛ ꝓbare intēdit ꝙ ſanctiſſim⁹
in xp̄o p̄r ꝛ dn̄s noſter Inno. diuīa ꝓuiden
tia papa modern⁹ p̄dicto A. grām faciendo
ſpēalem die tali. mēſe tali. canonicatū in ec
cleſia p̄dicta p̄dicto A. ꝯtulit. ꝛ ip̄m p deca
nū ꝛ capitulū recipi mādauit ī canonicuꝫ ꝛ
frēm. ſtallū꜀ in choro ꝛ locū in capitulo cū
iuris canonici plenitudine eidem aſſignari
Itē ꝙ p̄bēda ſi q̄ tūc vacarꝫ vl' quā ī poſteꝝ
vacare ꝯtingeret eccīa ī eadē. eā p̄dictus A.
infra mēſis ſpaciū vni⁹ acceptaret. p̄dictus
dn̄s nr̄ papa eidē A. cū oīb⁊ iurib⁊ ꝛ ptinen
tijs ſuis vniuerſ̄ ꝯferre ꝛ d̄ ea ſibi prouideri
ac ip̄m ad eandē ī ipſiuſ꜀ ac iuriū ptinētia
rum꜀ poſſeſſionē eiuſdē vl' q̄ſi iueſtiri ꝛ in/
duci. īductū q̄ꝫ tueri ꝛ defendi voluit ꝛ mā/
dauit. Itē ꝙ idē dn̄s nr̄ ꝓpapa ad collatiōeꝫ
ꝓuiſionē ꝛ inueſtiturā. ꝛ al's p̄dicte gr̄e debi
tam ꝛ effectualē executōꝫ faciendū certū vel
certos executores deputauit. Itē ꝙ memo/
rat⁹ A. gr̄aꝫ p̄dictā ſibi vt p̄mittit̄ factam ra
tam hn̄s ꝛ gratā ſup eū lr̄as ī forma ꝯſueta
extrahi. ꝛ ꝓceſſus p executorē fieri ꝓcurauit
Itē ꝙ de p̄miſſis oīb⁊ ꝛ ſingulis fuit ꝛ ē pu
blica vox ꝛ fama. Itē ponit ꝛ ꝓbare intēdit
ꝙ die anno dn̄i. M. cccc. lxxvij. die tali. mē/
ſe tali. ꝛ an̄. Ꝙ A. fuit canonic⁹ ꝛ p̄dicte ec/
cleſie beate marie certos p̄bēdat⁹ et certos
canonicatū ꝛ p̄bendā ī eadē eccīa habuit et
poſſedit. Itē ꝙ idē A. canonic⁹ anno ꝛ mēſe
p̄dictis. die tali diē ſuū extra romanā curiā
clauſit extremū. Quod꜀ p ipſi⁹ obitū canoni/
catus ꝛ p̄bēda p̄dicti q̄s inl p̄fata eccīa obti
nebat vacare inceperūt ꝛ vacauerūt. ꝛ vaca
re cōiter reputabant̄ palā ꝛ manifeſte. Iteꝫ
ꝙ predict⁹ A. vel talis ei⁹ ꝓcurator p̄dictos
canonicatū ꝛ p̄bendā ſic vacātes tan꜀ gr̄e
predicte vigore ſibi ꝛ nulli alteri de iure de/
bitos. die tali. mēſe tali. p̄dictis cū ꝓteſtatōe
ꝯſueta acceptauit Itē ꝙ p talē p̄dicte gr̄e ex
ecutorē A. p̄dict⁹ canonicatū ꝛ prebēdā ſibi
ꝯferri de eiſdē ꝓuideri. ac ſe ī ip̄oꝝ iurium ꝛ
ptinentiaꝝ in earundē poſſeſſionē vel quaſi
inueſtiri obtinuit tali die. Itē ꝙ de p̄miſſis
oīb⁊ ꝛ ſingulis fuit ꝛ eſt publica vox ꝛ fama
Itē ponit ꝙ A. p̄dictus tp̄e gr̄e ſibi facte ac
collatiōe ꝓuiſionis ꝛ inueſtiture p̄dictaruꝫ
fuit ꝛ eſt cleric⁹ vel ſacerdos ꝛc̄. ī cōmunio/
ne fideliū de legitimo matrimonio ꝓcreat⁹.
Et al's abilis ꝛ idone⁹ ad eccīaſticū bn̄fici/
um. marie canonicatū ꝛ p̄bendā ſup̄dictos
obtinēdū. Itē ꝙ B. aduerſari⁹ an̄dict⁹ ad p̄
dictos canonicatū ꝛ p̄bendā poſt p̄dicti q̄n
dam A. mortē ſe intruſit ſeu intrudi fecit ꝛ
ꝓcurauit. ipſoſ꜀ canonicatū ꝛ p̄bendā deti
nuit ꝛ occupauit. detinet ꝛ occupat fructus
reddit⁹ ꝛ ꝓuētus ex eiſdē ꝓueniētes pcipit ꝛ
pcepit. inburſauit ꝛ inburſat. ac p̄fatū impe
dit ꝛ īpediuit. fecit꜀ ꝛ fac̄ p intruſioneꝫ. oc/
cupatōꝫ. ꝛ alia p̄dicta q̄ min⁹ gr̄a collatio ꝓ
uiſio ꝛ inueſtitura. ꝛ alia p̄miſſa ſuū debitū
ſortiri poterint ꝛ ſortiant̄ effectū. Et p̄dict⁹
A. poſſeſſionē ſeu quaſi poſſeſſionē canoni
cat⁹ ꝛ prebēde predictoꝝ aſſeq̄ poſſet libere
ꝛ hr̄e. Dat inſup libellū ꝓ pte ſua oblatū. ac
ꝓducta ꝛ ꝓducēda in hac cauſa inq̄ntuꝫ fa/
ciunt ꝓ pte ſua ꝓpoſitiōib⁊ ꝛ articulis ꝛc̄. Ac

etiam denotatū ſignis ⁊ ſigillis ſaluo iure
addendi.corrigēdi.ſupplendi.declarandi ⁊c̄
vt moris eſt et ſtili

¶Qñ bñficiū eſt de iurepatronatꝰ tūc ex li
bello ſeu petitōe formanꝭ poſitōes ⁊ articu/
li i hūc modū. Poſitōes ⁊ articulos vt ſup̄
in alijs. Jn p̄mis ponit ⁊ ꝓbare intēdit ꝙ in
opido Erford. Maguñ. dyoc̄. a.x.xx.xxx. vł
xl. annis citra vel vltra. ⁊ a tp̄e ⁊ ꝑ tp̄s de cu
ius ꝯtrario ſeu initio nō eſt memoria hoīm
fuit ⁊ eſt certa eccīa parrochialꝭ appellata cō
muniꝭ ſancti Pauli Erford. Quodqꝫ in eadē
eccīa fuerūt ⁊ ſunt certe vicarie ꝑpetue a ſe
cularibꝫ clericis ſolite gubernari. Jtē ꝙ inꝭ
alias vicarias ꝑpetuas ī eadē eccīa exiſtētes
fuit a tp̄e et ꝑ tp̄s. de quo ſupra. ⁊ ē certa vi/
caria ad altare ſancti talis palam ⁊ notorie.
Jtē ꝙ vicaria hmōi ꝑpetua ꝑ talē laicū in
ſtaurata eſt ⁊ fundata ac de bonis ſuis dota
ta. ⁊ ꝑ loci dyoceſanū ꝯfirmata. Jtē ꝙ iuſ/
patronatꝰ vicarie eiuſdē eidē inſtauratori ⁊
ſuis heredibꝫ ꝭuatū exiſtit ac ꝑtinuit et ꝑti/
net ad eoſdē. Jtē ꝙ de p̄miſſis oībꝫ ⁊ ſingulꝭ
fuit et ē publica vox et fama. Jtē ponit ꝙ ſu
pradictꝰ A. fuit p̄fati q̄ndā inſtauratoris fi/
lius legitimꝰ ⁊ naturalꝭ. Eidēqꝫ patri ſuo in
bonis ꝑ eū relictꝫ ⁊ maxime ī iurepatronatꝰ
predicte vicarie inſolidū heres ſucceſſit. ac
hereditas paterna cū iure p̄dicto fuit ⁊ ē ad
eū tanq̄ꝫ verū heredē ⁊ primū deuoluta Jtē
ꝙ idē A. filiꝰ ⁊ heres q̄ndā D. p̄dicte vicarie
vicariū ad eandē vicariā tūc certo mō vacā
tem vob̄ dño officiali p̄ntauit. quodqꝫ eadē p̄n
tatio ꝑ vos admiſſa fuit. et idē quondā p̄ſen
tatus ad p̄ntationē eandē ad predictā vica/
riam inſtitutꝰ eā tenuit et pacifice poſſedit
Jtem ꝙ predictꝰ A. fuit ⁊ eſt ī iurepatrona
tus memorate vicarie poſſeſſiōe vel q̄ſi. Jtē
de premiſſis omnibꝫ et ſingulis. Jtem ꝙ de
anno dñi tali die. tali mēſe. tali bone memo
rie D. predictus vicariꝰ vt premittiꝭ vicarie
predicte nouiſſimꝰ fuit viā vniuerſe carnis
ingreſſus. Jtē ꝙ ꝑ eiuſdē quondā D. nouiſ
ſime ſepedicte vicarie rectorꝫ mortē ipſa va
care icepit vicaria. vacauitqꝫ et vacare repu
tata fuit palā et notorie. Jtē ꝙ A. predictus
ipſiꝰ vicarie patronꝰ et iuriſpatronatꝰ eiuſdē
poſſeſſor p̄fatū A. ad eandē vicariā ſic vacā
tem die tali. mēſe tali. anno ſup̄dicto vobis
dño officiali ꝑ certas lr̄as ſuas ipſiꝰ ſigillo
ſigillatas p̄ntauit Jtē ꝙ tp̄e p̄ntatōis hmōi
idem A. p̄ntatꝰ fuit ꝓut eſt in etate legitima
et in mīoribꝫ ordinibꝫ ⁊ in cōmunione fideli
um aliaſqꝫ abilis ⁊ idoneꝰ ad bñficiū hmōi
obtinendū. Jtē ꝙ B. aduerſariꝰ memoratꝰ
pretextu eiuſdē p̄ntationis ꝑ nō patronum.
nec iuriſpatronatꝰ poſſeſſorē de ipo p̄dicto
A. ⁊ p̄ntatōe de eo vt p̄ferꝭ ꝑ verū patronū
facte oppoſuit de facto ⁊ opponit. impedit et
impediuit. ac fec̄ ⁊ facit. Quo minꝰ eadē p̄n
tatio ꝑ vos admiſſa fuit ⁊ eſt ꝑ inſtitutiōem
⁊ iueſtiturā. ac alꝭs ſuū debitū ſortita atqꝫ ſor
tiaꝭ effectū. Jtē ꝙ de premiſſis ⁊c̄. dat etiā li
bellū ſeu petitōem ſaluo iure corrigendi ⁊c̄.
Et ſi p̄ntatꝰ eſt a patrono ſꝫ nō eſt ī poſſeſſi/
one p̄ntādi. vł ſi forte ē poſſeſſor iuriſpatro
natus bona fide. licet ī ꝟitate nō ſit patronꝰ
ſꝫm h̄ formenꝭ articuli vt dictum eſt circa li
bellum in hac materia

¶Jn cauſa matrimoniali ſic poteſt conci/
pi libellus.

¶Corā vob̄ honorabili viro dño preposi/
to vel officiali. ꝓponit ꝓcurator noīe ꝓcura/
torio A. aduerſus B. puellā ⁊ quēcūqꝫ aliū
ꝓ ipſa B. legitime ī iudicio interueniētē Et
dicit in iure ꝯquerēdo ꝙ licet inter A. ⁊ B
predictos matrimoniū legitime ſit ꝯtractū
ꝑ mutuū ⁊ ſimultaneū vtriuſqꝫ ꝯſenſum ꝟ/
bis de p̄nti ad h̄ aptis vltro citroqꝫ intermi
natū vtroqꝫ dicēte. Ego recipio te ī meam ⁊
ego te ī meū. nec te dimittā ꝓ meliori vł de/
teriori: ſubarratiōe etiā mutua ſubſecuta.
vł arris datꝫ hininde ⁊ receptꝫ. Tñ B. p̄di/
cta matrimoniū hmōi ꝑ corpalē copulā ꝯſū
mare predicto A. tāq̄ꝫ marito ſuo adherere
et eū vxorali affectōe ꝑtractare recuſat ī pe/
riculū aīe ſue. Quare agit et petit ꝓcurator
predictꝰ q̄ ſupra noīe ꝑ vos ꝓnūciari. decer
ni. et declarari ſentētialiꝭ ⁊ diffinitiue matri
moniū inꝭ A. ⁊ B. ſup̄dictos fuiſſe ⁊ eſſe cō
tractū. dictāqꝫ B. eidē A. ī vxorē adiudican
dam. ⁊ ad mr̄imoniū de q̄ agiꝭ. et ipſiꝰ ꝯſum
mationē faciēdū ac vt ſibi tāq̄ꝫ marito adhe
reat. Et eū tā in lecto q̄ꝫ extra ꝯiugali affecti
one ꝑtractet ꝯdēnandū et cōpellēdum fore
adiudicareqꝫ ꝯdēnari cōpelli iuſticia medi
ante. Hec petit vna cū expēſis litis

¶Jtē pōt etiā matrimoniū ꝯtrahi ꝑ alia ꝟ
ba. de q̄ in. c. ex lr̄is. et in. c. ſi inꝭ. de ſpon. Et
ſic formeꝭ libellꝰ ſꝫm ꝙ ſe habebit factū. Si
ꝟo matrimoniū iā nō eſt corpali copula ꝯſū
matū. ⁊ aliq̄ꝫdiu ipſi ꝯiuges cohabitauerūt
ſed tandē alter eorū ab alio ſe diuertit. et eū
dimittit. tūc dimiſſus pōt agere petitorio et

poſſeſſorio. ſʒ cautius eſt agere poſſeſſorio
Oportet tñ reſtitutiõem petentē ꝓbare ꝯiu/
gium ⁊ copulã. qꝛ iſta poſſeſſio nõ habeꝛ ſi/
ne iure. vt in. c. ex trãſmiſſa. de reſti. ſpol. Et
tũc formeꝛ ſic libellus

Corã vobis honorabili viro archidyac.
vel offic. ⁊c. ꝓponit ꝓcurator noīe ꝓcurato/
rio A. viri ꝯquerēdo ī iure aduerſus B. mu
lierē. Et dic̄ ꝙ licet dudũ B. mulier ſupra/
dicta cũ ꝑfato A. ꝯtraxerit mr̃imoniũ. ⁊ tra
ductiõe ac carnali copula ſubſecuta ſibi ī lo
co tali ꝑ plures ãnos vl' mēſes cohabitauit
tanꝙ̃ vxor eũ in oībꝫ affectiõe vxorali ꝑtra/
ctando. Tñ de anno tali die tali menſe tali.
ipa B. neſcieꝛ quo ſpũ deducta a ꝑdicto A.
ſe diuertit ſine iudicio eccie. ⁊ eundē dimit/
tit ꝓpria temeritate eũ poſſeſſiõe vel q̃ſi ipiꝰ
⁊ iuris ꝯiugal' in ea deſtituēdo temere ⁊ ſpo
liando in aīe ſue detrimētũ. Agit igiꝛ ⁊ petit
ꝑdictꝰ ꝓcurator noīe ꝓcuratorio q̄ ſupra. q̄/
tenus ꝑcognito q̃tũ ſufficit de ꝑmiſſis pro
nũcietis. decernatꝫ. ⁊ declaretꝫ. diuiſionem
dimiſſionē. ⁊ ſpoliatiõꝫ ꝑdictas fuiſſe ⁊ eſſe
temerarias illicitas ⁊ iiuſtas. temere illicite
⁊ iniuſte de facto ꝑſumptas. Ipm̄qꝫ A. ad
poſſeſſionē ſeu q̃ſi ꝑdicte ꝯiugis ſue ⁊ iuris
ꝯiugal' in ea reſtituēdũ ⁊ reducendum fore
ac reducatꝫ ⁊ reſtituatꝫ. ac ipa B. vt ad eun/
dē A. quē incõſulte dimiſit. redeat ⁊ ꝯiuga/
lia obſeq̄a ſibi ꝑſtet ſic̄ ꝑus ꝯdemnãdã ⁊ co/
gendã eſſe. ꝯdēnetis ⁊ cogatꝫ ꝑ veſtrã diffini
tiuã ſniam ⁊ cēſurã eccia ſticã ⁊ alia remedia
oportuna. Hec petit ⁊c. Si aũt vxor op
poneret marito reſtitutõꝫ petēti. exceptionē
ꝯſanguinitatꝫ in g̃du ꝓhibito. an faciēda ſit
reſtitutio no. ⁊ habeꝛ in. c. lr̃as. de reſti. ſpo.
de ma. etiã libelli. in. c. ꝯq̃ſtione. e. ti. vbi ꝺ h̄

Aliqñ aũt agiꝛ inter ꝯiuges ad diuortiũ.
⁊ h̄ dupliciꝛ. Quia qñqꝫ ꝑ ſeꝑatiõem q̃tũ
ad vinculũ. qñqꝫ q̃tũ ad thoꝝ tm̄ ⁊ mutuã
ſeruitutē In ꝑmo cũ agiꝛ ad ſeꝑatiõem vin
culi. ſaltē ꝺ facto ꝯtracti. tũc ꝯcipitur ſic li
bellus

Corã vob ⁊c. ꝓponit ꝓcurator noīe ꝓcu/
ratorio A. viri aduerſus B. mulierē. Et dic̄
ꝙ licet A et B. ꝑdicti ſibi inuicē attineãt. et
ſint in tertio vel q̃rto gradu ꝯſanguinitatis
ꝯiũcti. Et licꝫ ꝑdicti A et B. affines exiſtãt
in ꝑmo affinitatis genere. ⁊ in ꝑmo vel ſcđo
vel tertio gradu. ipi tñ de facto matrimoni
um ſil' ꝯtraxerũt. illud etiã carnaliꝛ ꝯſũman
do. Quare agit et petit ꝑdictꝰ ꝓcurator no/
mine ꝓcuratorio q̄ ſupra ꝑ voſ ꝑcognito q̃n
tum ſufficit de ꝑmiſſis ꝓnunciari decerni ⁊
declarari inꝛ A. ⁊ B. ꝑdictos ꝯſanguinita/
tis et affinitatꝫ impedimēto ꝑdicto mr̃imo/
niũ nõ eſſe nec ſubſiſtere poſſe. Ipſoſqꝫ ſic ꝺ
facto ꝯtraxerũt. de facto diuorciãdos et ſe/
parãdos fore. et cohabitatõe ac mutua ſui/
tute ac vinculo facti abſoluēdos diuorcia/
ri. ſeꝑari. ⁊ abſolui. Dariqꝫ ꝑdicto A. licēti/
am ad vota alia ꝯuolãdi ſentētialiꝛ diffiniti
ue. Hec petit veſtꝝ ad h̄ officiũ hũiliꝛ iplo/
rando. Et idē de aliĳs ipedimētis q̄ hñt de
iure dirũpere mr̃imoniũ. mutatꝫ mutãdis

In ſcđo ṽo caſu cũ agiꝛ ad ſeꝑatiõꝫ thori
que fit ꝓpter adulteriũ ſic ꝯcipiꝛ libellꝰ. ⁊c.

Corã vobis ⁊c. ꝓponit ꝓcurator noīe ꝓcu
ratorio A. mariti ꝯquerēdo ī iure ꝯ̃ B. mu
lierē eiuſdē A. vxorē. et eã accuſando ſeu de
nũciando. dic̄ ꝙ ꝑdicta B. vxor poſt ꝯ̃ctum
inꝛ ipam et ꝑdictũ A. matrimoniũ ꝺ anno
tali. die tali. menſe tali. cũ C. viro ī tali loco
et in camera tali ī legē ꝯiugĳ cõmittendo. et
thoꝝ violãdo adulteriũ ꝑpetrauit. ſeu eidēꝫ
C. adheſit publice et adheret cũ eadē adul
terando. Quare petit ꝓcurator ꝑdictꝰ q̄ ſup
noīe. q̃tenꝰ ꝑcognito q̃tũ ſufficit ꝺ ꝑmiſſis
ꝓnũcietꝫ. decernatꝫ. ⁊ declaretꝫ ꝑdictos A ⁊
B. ꝯiuges ad inſtãtiã ⁊ petitiõꝫ ipiꝰ A. mari
ti ꝓpꝛ ꝑdictũ adulteriũ vxorꝫ ſeꝑandos ⁊ di
uorciãdos fore q̄ ad thoꝝ ⁊ mutuã ſuitutē.
atqꝫ ſeꝑetis ꝑ veſtrã diffinitiuã ſniam

Aliqñ addiꝛ. atqꝫ dotē eidē A. adiudicã/
dũ ⁊ adiudicetꝫ. vt in. c. plerũqꝫ. de dona. in
ter vi. ⁊ vx. Iſto mõ agiꝛ ꝺ crimine adulterĳ
ciuiliꝛ. Et dꝫ in libello exꝑmi tꝑs ⁊ locꝰ. ſꝫ ī
ſcriptõ nõ eſt neceſſaria. De q̄ ⁊ de materia
hmõi libelli ī. c. tue. de ꝓcu. vide. ⁊ in. ca. j. vt
liꝛ. nõ ꝯteſta. cũ remiſ. Et quãdo ſic agiꝛ de
adulterio ad ſeꝑationē thori nõ eſt cã matri
monial'. qꝛ nõ agiꝛ de federe matrimonĳ. ſꝫ
de crimine adulterĳ. ⁊ iõ in ꝓceſſu tal' cauſe
debet ordo iudiciariꝰ obſeruari. Ita habe/
tur in. c. j. vt liꝛ. nõ ꝯteſta. ſicut in ſimili dixi
de cauſa beneficiali et cauſa ſuper iurepa/
tronatus.

Super libello ī cauſa matrimoniali qñ
agitur de coniugio poſitiones et articuli ſic
formãtur

Poſitiões ⁊ articulos vt in precedētibuſ
formis articuloꝝ In ꝑmis ponit ⁊ ꝓbare ī/
tēdit ꝙ ꝺ anno dñi. M. cccc. lxx. ī mēſe ſeptē
bri. A. et B. ꝑdicti ī domo vel in loco vl' in

domo tali ꝯuenerūt ad inuicē ad matrimo/
nium ꝯtrahendū. ⁊ ibidē de ꝯtrahēdo ꝑ eoſ
matrimonio ſimul ꝯtractꝰ habuerūt. Item
ꝙ tandē ꝑ tractatꝰ hmōi ad ꝯcordiā venien
tes matrimoniū ꝑ ꝯſenſum mutuū ⁊ ſimul/
taneū ibidē ad inuicē ꝯtraxerūt. Itē ꝙ ꝑ cō
ſenſum tali modo matrimonialē idē A ⁊ B
vbis de pn̄ti aptis vltro citroqꝫ intimauerīt
expreſſe vtroqꝫ dicēte. Ego te recipio ī meā
⁊ ego te recipio ī meū. vel ꝓ meliori vl̓ peio/
ri te dimittere nō intēdo. Itē ꝙ in ſignū ma
trimonij int̓ eoſdē A. ⁊ B. vt ꝑfert̓ cōtracti
ipē A. eidē B. ſpōſe ſue anulū vnū aureum
tradidit. ⁊ ipa B. eidē a ſpōſo ſuo circulum
vnū argenteū tradidit. q̄ hincinde ſic data
arre noīe receperūt. Itē ꝙ tpe ꝯtractꝰ par/
ticulati A. ⁊ B. p̄dicti puberes ⁊ al̓s apti et
idonei fuerūt ad matrimoniū ꝯtrahēdū pa
lam ⁊ notorie. Itē ꝙ de p̄miſſis oībꝫ et ſin/
gulis fuit ⁊ ē publica vox ⁊ fama. ¶ Poſſent
poſitiōes ⁊ articuli ꝑ aliū modū ſic formari
In p̄mis ponit ⁊ ꝓbare intēdit ꝙ A. et B.
p̄dicti die tali currētis anni vna cū certis ꝑ
ſonis alijs fuerūt in tali loco ꝯgregati. Itē
ꝙ p̄dictꝰ A. p̄fate puelle vl̓ mulieri B. ſup/
plicauit vt cū eo m̄rimoniū ꝯtrahere ſeu ip
ſum ad maritū recipe vel ducere dignaret̓.
ꝓmittēs eaꝫ h̄re in vxorē. ⁊ nunq̄ꝫ dimittere
ꝓ meliori ſeu deteriori. Itē ꝙ p̄dicta B. ī ip
ſum A ꝯſentiēs ſtatim dixit ꝙ cū eo libenter
vellet ꝯtrahere ⁊ eū ducere vl̓ recipe ſeu ha
bere in maritū. Itē ꝙ idē A. ⁊ B. ibidem ad
inuicē matrimoniū ꝯtraxerūt. vnꝰ alterum
mutuo ꝯſenſu vbis ꝯſuetis exp̄ſſis recipien
do dicente A. ſe ipam B. recipe ⁊ de cetero
habere velle in vxorē ⁊ eam nunq̄ꝫ ꝓ melio/
ri vel peiori dimittere. Ac ſimiliter B. dicē
te ꝙ ipm A. in ſuū recipet ⁊ habere eū vellet
in maritum

¶ Cū agit̓ ad diſiūgendū ꝓpter impedimen
tū poſitōes ⁊ articuli ſuꝑ libello ſic formēt̓

¶ Poſitiōes ⁊ articulos ⁊c̄. Et ponemuſ ꝙ
vocent̓ Seyus ⁊ titia de quoꝝ matrimoīo
agit̓. In p̄mis ponit ⁊ ꝓbare intēdit ꝙ ī tali
loco opido vel villa erāt olim ⁊ morabātur
quondā Martinꝰ. ⁊ quondā Berta mulier
palā ⁊ notorie. Itē ꝙ idē M ⁊ B. fuerunt
ſoror ⁊ frater. ⁊ ſe tales nominauerūt. geſſe/
runt. habuerūt. ac tenuerūt. ac ab alijs com
muniter tēti ⁊ noīati habiti ⁊ reputati fuerīt
Itē ꝙ ex p̄dicto quondā M. deſcēdit Lo/
tharꝰ. ⁊ fuit filꝰ naturalis eiuſdē qđ ē palā
⁊ notoriū. Itē ꝙ idē Lotharꝰ p̄dictū ſeyuꝫ
genuit. ipſeqꝫ lotharꝰ pater fuit eiuſdeꝫ ſeij
naturalis. Itē ꝙ ex alio latere de p̄dicta ber
ta mulier reberga deſcēdit ipſiꝰ berte carna
lis filia. Itē ꝙ eadē reberga titiā predictaꝫ
filiā ſuā ꝓcreauit. Itē ꝙ de p̄miſſis oībus ⁊
ſingulis fuit ⁊ eſt publica vox ⁊ fama. Item
ꝙ ſeyus ⁊ tytia p̄noīati ſic exiſtētes ꝯſangui
nei. ⁊ ī ꝯſanguinitatꝭ gradu titio ꝯiūcti tali
tꝑe inuicē de facto ⁊ q̄ꝫtū in eis fuit m̄rimo/
nium ꝯtraxerūt. ⁊ carnali copula ſubſecuta
ſibi tanq̄ꝫ ꝯiuges mutuo adheſerūt. ⁊ adhe
rent de facto.

¶ In actione iniuriaꝝ qn̄ agit̓ ciuiliter ad
intereſſe cōcipit̓ ſic libellꝰ

¶ Corā vobis ꝓponit ꝓcurator ꝓcuratorio
noīe diſcreti viri titij cōquerēdo in iure ad
uerſus ſemproniū ſeu quēcūqꝫ aliū pro ipo
in iudicio legitime interuenientē. Et dic̄ ꝙ
licet Titiꝰ p̄fatus fuerit ab annis diſcretio/
nis ſue. ⁊ ſit homo pacificꝰ ⁊ bone fame. ſta
tus integri. laudabilis vite. ⁊ ꝯuerſationis
honeſte. de legitimo genitꝰ matrimonio. Et
vt talis ac ꝓ tali cōmuniter habitꝰ. tentꝰ. no
minatus. ⁊ reputatꝰ. Tn̄ de anno currente
videlicet. M. cccc. lxx. die tali. mēſe tali. ī ta
li domo vl̓ vico p̄dictus Semproniꝰ neſci
tur quo ſpū ductꝰ memoratū Titiū animo
ſibi iniuriādi verbis affecit iniurioſis dicen
do expreſſe ⁊ nominādo ipm Titiū filiū me
retricis vel hereticū ſeu nequā peſſimū. vel
de eo malū cantauit canticū ſeu carmen fa
moſum. ſeu libellū famoſum de ipo ſcripſit
videlicet in tali forma ⁊c̄. Quā iniuriā eidē
titio ꝑ eundē ſemproniū illatā. idē titius re
uocauit ⁊ reuocat ad animuꝫ. ac eā pro ſua
eſtimauit ac ſua eſtimat intereſſe ad tot mar
cas florenoꝝ ſeu libraꝝ denarioꝝ malēs de
ſuo tantū ꝑdere ſi haberet cōmode q̄ꝫ tali fa
uore iniuriā ſibi irrogatā tolerare. veſtra ta
mē iudiciali taxatiōe ſꝑ ſalua. Agit igit̓ ⁊ pe
tit ꝓcurator p̄dictꝰ quo ſupra. q̄tenꝰ poſtq̄ꝫ
ꝯſtiterit de p̄miſſis ꝓnūcietis ⁊ declaretꝭ p̄
dicta verba ꝑ Semproniū p̄dictū ꝯ̄ p̄dicto
titio ſeu ꝯtra eū vt p̄fertur dicta ⁊ ꝓlata ſeu
alio modo p̄ſumpta fuiſſe ⁊ eſſe temeraria.
illicita ⁊ iniurioſa. temere illicite ⁊ iniurioſe
p̄ſumpta. Et ī p̄dicti titij iniuriā attēptata.
ipſumqꝫ ſemproniū ꝓpterea eidē titio ad in/
tereſſe teneri. ac eū ſibi ī p̄dicta marcaꝝ ſeu
florēoꝝ ſeu libraꝝ ſūma noīe ītereſſe. vr̄a vt
p̄mittit̓ taxatōe ſalua iudiciali ꝯdēnandū. ⁊

ad ſatiſfactionem compellendũ foꝛe. ⁊ ac cõ
demnetis ⁊ cõpellatis per veſtrã diffinitiuã
ſentẽtiam

¶ Poſitiões ⁊ articuli ĩ actõne hmõi pñt
ſic foꝛmari

¶ Poſitiones ⁊ articulos vt in foꝛma ſupꝛa
In pͥmis ponit ⁊ pꝛobare intẽdit ꝙ Titius
pꝛedictus ab annis diſcretiõis ſue fuit ⁊ eſt
hodie homo pacificus bone fame. opiniõiſ
illeſe. vite cõmendabilis. ⁊ cõuerſatiõis ho/
neſte. Et vt talis ac ꝓ tali tẽtus communit̃
nominatꝰ ⁊ reputatꝰ palam eſt ⁊ notoꝛium.
Item ꝙ de anno recurrẽte die tali mẽſis ſe
ptembꝛis Sempꝛoniꝰ p̃dictus malo vt cre
ditur ſpiritu ductꝰ. verbis turpib⁊ ⁊ iniurio
ſis Titiũ pꝛedictũ affecit. ſibiqꝫ cõuiciũ pu/
blice dicens eũ meretricis filiũ vł hereticũ
ſeu nequã peſſimũ nominãdo expꝛeſſe ⁊ ap
pellando turpiſſimũ temere animo ſibi iiu/
riandi. vel tale de eo cantauit canticum vel
carmen tale famoſum. vel talẽ cõſcripſit li/
bꝛum famoſum. Itẽ ꝙ Titius p̃dictus iiu/
riam paſſus. eandẽ iniuriã ſtatim poſtq̃ȝ eã
ſibi irrogatã intellexit. reuocauit ꝑut reuo/
cat ad animũ. ⁊ ipam eſtimauit ⁊ eſtimat ꝓ
ſuo intereſſe ad tot marcas vel floꝛenos vł
libꝛas denarioꝛũ talis monete. pꝛo quibus
nollet iniuriã tali modo ſuſtinere. veſtra ſal
ua iudiciali taxatione. Item ꝙ p̃dictꝰ ſem/
pꝛonius tempe illate iniurie ſupꝛadicte fuit
doli capax. ſane mentis. ⁊ alias talis q̃ po/
teſt iniuriã irrogare Item ꝙ de p̃miſſis om
nibus ⁊ ſingulis fuit ⁊ eſt publica vox et fa/
ma. Et ita habemus libellos ⁊ articulos in
cauſis beneficialibus matrimonialib⁊ ⁊ in/
iuriarum ⁊c̃.

¶ De defenſionib⁊ ĩ iſtis cauſis bñficialib⁊
matrimonialib⁊ ⁊ iniuriaꝝ

¶ Nunc de defenſionib⁊ reoꝝ ĩ hmõi cauſiſ
videamꝰ. Et pͥmo in cauſa bñficiali põt reꝰ
cõcipere in vim ꝑempt̃. defenſionẽ illo mo/
do vt p̃tenſa bñficiali cauſa que inter A. ex
vna ꝑte. ⁊ B. ex altera ꝑte vertit̃ coꝛã vobis
dño iudice, ꝓcuratoꝛ noĩe ꝓcuratoꝛio B. p̃
dicti ꝓponit ⁊ dixit excipiẽdo ꝙ beneficiũ de
quo eſt queſtio inter ꝑtes p̃dicto A. minime
debet̃. nec ius aliqꝺ habet in eo vł ad illud
maxime ex eo qꝛ grã p̃tenſa ꝑ eũ impetrata
fuit ⁊ eſt ſurrepticia ꝑ veri taciturnitatẽ. vł
falſi expꝛeſſionẽ obtẽta Tacuit eñ eã impe
trando ſe beneficiũ in tali eccĩa obtinere. de
quo nullã in hmõi grẽ impetratõe fecit mẽ/
tionem. vel exp̃ſſit fructꝰ talis beneficij decẽ
marcaꝝ valoꝛẽ annuũ nõ excedere. cũ tamẽ
valeat q̃ndecim marcas annuatim. Vł fal
ſe expꝛeſſit ſe clericũ cũ nondũ habuerit pꝛi
mã tonſurã. Vel bñficiũ eſt poſt impetratõ
nem grẽ aſſecutus. qꝺ cũ beneficio de quo ẽ
cõtrouerſia de iure tenere nõ poteſt. per qꝺ
gratie huiuſmodi pꝛetẽſe renunciauit iuris
diſpoſitione. Vł ſimiles poteſt oppone re ex
ceptiones

¶ Qñ bñficiũ eſt de iurepatronatꝰ ⁊ agitur
inter p̃ſentatos poteſt ſic excipi

¶ Pꝛocuratoꝛ nomĩe pꝛocuratoꝛio B. pꝛe
ſentati pꝛoponit in vim ꝑempt̃. Et dicit ex
cipiendo ꝙ p̃ſentatio p̃dicti B. ꝑ vos dñm
iudicẽ admittẽda eſt de iure. Et idem B. p̃/
ſentatus ad beneficiũ de quo agitur inſtitu
endus. quia ⁊ ſi nõ cõſtat eum eſſe patronũ
⁊ ipſius beneficij iuſpatronatꝰ habere a quo
talis B. eſt p̃ſentatus. Fuit tamẽ p̃ſentatio
nis tempe. ⁊ ſic eſt idem p̃ſentatoꝛ in poſſeſ
ſione ſeu quaſi ipſiꝰ iuriſpatronatus bona
fide. Unde dato etiã ꝙ ex aduerſo eſſet pꝛo
batũ pꝛeſentatoꝛẽ alterius partis dicti bene
ficij foꝛe patronum. Quia tamẽ iuſpatrona
tus nõ ipſe ſed p̃ſentatoꝛ pꝛedicti B. poſſe/
dit ⁊ poſſidet. Unde ipſius poſſeſſoꝛis pꝛe/
ſentatio eſt pꝛeferẽda de iure ⁊ admittenda.
Uel dicit excipiendo ꝙ cũ ipẽ B. ꝑ patro/
nos numero plures pꝛeſentatꝰ exiſtat. ⁊ plu
res patronoꝝ voces habeat pꝛeferẽdus eſt
tanq̃ȝ in iure potioꝛ ⁊ inueſtiendus. cum ip
ſe a tribus et alter a duobus tantum ſit pꝛe
ſentatus

¶ In cauſa matrimoniali quando agit̃ de
cõiungẽdo poteſt reus dicere excipiẽdo ad
libellum

¶ Ad elidẽdum intentionẽ actoꝛis talis in
cauſa quã ſupra pꝛetenſo matrimonio pꝛo/
ſequitur aduerſus talẽ ream in iudicio co/
ram vobis pꝛocuratoꝛ nomine pꝛocurato/
rio eiuſdẽ ree pꝛoponit excipiendo. et dic̃ ꝙ
ipſius actoꝛis intẽtio quo ad vinculum ma
trimoniale nõ eſt legitime ꝓbata ſeu in aliq̃
fundata. Et dato ꝙ de cõtractu ꝓtẽſo ſuffi/
cienter ꝯſtaret. Quia tamẽ ipẽ actoꝛ ⁊ rea ſi
bi attinent ⁊ ſunt ꝯſanguinei in tertio vel q̃r
to gradu. vel ſunt affines in pͥmo generca/
finitatis in tertio vel quarto gradu. vł ineſt
eis cognatio ſpũalis. cũ pater ipſiꝰ ree leua
uit actoꝛẽ de ſacro baptiſmate. Unde hmõi
affinitatis vel ꝯſanguinitatis vel ſpiritual

cognationis impedimēto obſtāte inter eos
matrimoniū eſſe nō poteſt. Quare petit ꝓ/
curator p̄dictus quo ſupra nomie ꝑ vos ꝓ/
nūciari matrimoniū inter ipas ꝑtes legiti/
me ꝯtrahi. vel cōtractū ſubſiſtere non poſſe
dictāq; reā ab actorꝫ impetitōe abſoluēduʒ
fore. Et eidē actori ſilentiū eſt imponēdum.
ac abſoluatis ⁊ imponatis diffinitiue

¶ Quādo agit̄ ad matrimoniū dirimēduʒ
ꝓpter aliquod legitimū impedimētū poteſt
reus ſic excipere

¶ Procurator noīe ꝓcuratorio talis ree ꝓ/
ponit ī modū exceptōis ad perimēdū inten
tionē talis mulieris ſeu vxoris matrimoniū
min⁹ iuſte accuſantꝫ. Et dicit dato ꝙ ꝯſan/
guinitatis vl' affinitatꝫ vl' ſpūalis cognatio
nis impedimētū ꝑ ꝑte ipſi⁹ actorꝫ allegatuʒ
ſufficiēter ⁊ legitime ſit ꝓbatū. Matrimo/
niū tñ inter eos ꝯtractū hmōi aſſignati vl' p̄
aſſignati impedimēti occaſione nō eſt diri/
mendū. cū ſup tali īpedimēto p̄tenſo ꝑ ſedē
apoſtolicā dudū ſit diſpēſatū. ⁊ ipm̄ impedi
mentū ſublatū vt videt̄. Et iō eo nequaq̄m
obſtāte int̄ eos matrimoniū legitime poteſt
ꝯtrahi. ſeu ipē actor ⁊ re⁹ in matrimonio cō
tracto licite remanere. Quare petit ꝓcura/
tor p̄dictus p̄fato noīe quaten⁹ ꝓnūcietꝫ de
cernatis ⁊ declaretꝫ p̄fate mulieri ſup accu
ſatiōe ſiue denūciatōe matrimonij occaſiōe
p̄aſſerti vel p̄aſſignati impedimēti ſilētium
imponēdū fore. ⁊ imponetis diffinitiue.

¶ Quādo aūt agit̄ ad ſeꝑatiōnē thori ꝓpter
adulteriū excipi pōt illo modo

¶ Excipiēdo ꝑ vim pempt̄. ꝓponit ꝓcurator
noīe ꝓcuratorio tal' mulieris ꝑ talē maritū
ſuū de p̄tenſo adulterio accuſato ad ſeparatō
nem thori. Et dic̄ ꝙ ⁊ ſi adulteriū p̄tenſum
ipſi⁹ mulieris eſſet ſufficiēter ꝓbatū. diuor/
tium tñ ꝑ ꝑte mariti deſideratū ⁊ petitū nō
eſt int̄ ipos ꝯiuges celebrandū ex eo ꝙ ipſe
maritus eandē vxorē ſuā tradidit adulterā/
dam. vl' ipa mulier fuit violēter oppreſſa. vl'
ipe marit⁹ poſt adulteriū ab ea cōmiſſuʒ eā
ſibi recōciliauit. vel ipam de tali modo ad/
ulterij cōmiſſi mīme accuſare iurauit. Qua
re petit ⁊c̄.

¶ In actione iniuriaꝝ poteſt reus ſic ſe de/
fendere excipiēdo

¶ Pro ꝑte viri diſcreti B. rei ꝓponit ipſi⁹ ꝓ
curator ꝓcuratorio noīe corā vobis domi/
no iudice. Et dic̄ excipiēdo ꝙ p̄tēſa iniuria
quā A. actor ꝑ B. p̄dictū ſibi aſſerit irroga/
tam ꝓbata nō eſt legitime. nec ipſi⁹ actoris
intētio fundata eſt ꝑ teſtes vel inſtrumenta
aut q̄uis alio mō vel genere ꝓbatōis ſed da
to. mīme tñ ꝯceſſo ꝙ de iniuria hmōi ꝓtēſa
ꝯſtaret. ipa tñ aſſerta iniuria diſſimulatōe l'
lapſu anni dudū eſt ſublata ⁊ tacite vel exp̄ſ
ſe remiſſa. Nā eo die q̄ iniuria ipa illata p̄tē
ditur. ⁊ poſtq̄ȝ B. ipi A. iniuriā vel ꝯuiciuʒ
dixit idē A. ⁊ B. ſimul comederunt. Quare
p̄dict⁹ ꝓcurator nomīe quo ſupra petit B.
reū prefatū a memorati A. impetitiōe abſol
ui. ⁊ eidē A. ſup iniuria p̄tenſa ⁊ eius ꝓſecu
tione ꝑpetuū ſilētiū imponi. ac euʒ predicto
B. in expenſis litis ꝯdemnari

In cauſis appellationū libelli formant̄ ſc̄m
formas ipſaꝝ appellationū. Vñ quedaʒ eſt
appellatio iudicialis. ⁊ eſt etiā extraiudicial'
Item iudicialis aliquādo imponit̄ añ ſen/
tētiam. aliquādo ab ipſa ſentētia diffinitiua
Si ergo appellatur in iudicio ante ſententi
am diffinitiuā. poteſt appellatori⁹ libell⁹ ſic
formari.

¶ Libellus qñ appellat̄ a grauamine

Corā vobis honorabili viro dñō iudice
offic̄. in cauſa appellationū ⁊ ꝑtiū infraſcri/
ptaꝝ. a ſede ap̄lica delegat⁹. Vl' corā vobis
dñō offic̄. curie ep̄alis tal' ⁊c̄. vl' archiep̄alis
ꝓcurator noīe ꝓcuratorio diſcreti viri Titij
appellātis aduerſus ſemproniū appellatum
⁊ quēcūq; aliū ꝓ eo in iudicio legitime inter
uenientē. ꝓponit ⁊ dicit. ꝙ licet in queſtione
ſeu cauſa que vertitur inter Titiū ⁊ Sem/
proniū p̄dictos de ⁊ ſup re tali vel debito ta
li corā tali iudice ordinario vel delegato in
iudicio vertebat̄ ꝑ parte p̄dicti Titij propo
ſitū fuerit. excipiēdo ꝙ libello p̄tēſo ꝑ predi
ctum ſemproniū ſibi oblato nō erat rñden/
dum ſibi ex tali cauſa rei. vel ꝙ poſitōni tali
q̄ impertinēs erat nō eſſet rñdendū. vel licet ꝑ
ꝑte ipſi⁹ titij ꝯ ſemproniū p̄dictū tūc actorē
fuerit oppoſita exceptio excōicatōis ⁊ ꝓbata
qua obſtāte idē actor vlteri⁹ ſup ꝓſecutione
cauſe ꝓtenſe nō erat audiēduſ. ſʒ ab agendo
fuit repellēdus. Idē tamē iudex exceptōem
hmōi admittere denegauit. vel eā nō eſſe ad
mittendā interloquēdo pronūciauit ꝑperā
⁊ iniuſte. vel eam tacite repellendo in cauſa
eadē ad talem vel talē actū eidem exceptiōi
ſue contrariū proceſſit. Unde predict⁹ Ti/
tius ſe per hoc grauatū ſentiens. a denega/
tione admiſſione huiuſmodi vel a repulſio
ne ⁊ nō admiſſione predicte exceptionis ſue

vel a p̄dicta ſnīa interlocutoria iudic꞉ tanq̄ꝫ
iniqua ⁊ iiuſta.ad ſedē apoſtolicā vl̄ ad do
minū ep̄m vel archiep̄m p̄dictū ⁊ ei⁹ curiaꝫ
in ſcriptis appellauit infra.x.dies.ac ſup ap/
pellatiōe hm̄ōi apoſtolos tp̄e ꝯgruo petiuit
⁊ recepit hm̄ōi appellatōis cauſam p ſanctiſ
ſimū in xp̄o patrē ac dn̄m noſtꝝ dn̄m Pau/
lum papā modernū vobis obtinuit delega
re.⁊ h̄ qn̄ eſt delegat⁹.Quare ꝓcurator p̄di
ctus quo ſupra noīe petīt p vos ꝓnunciari
decerni ⁊ declarari p̄dictū iudicē male ꝑpe
ram ⁊ iniuſte ꝓceſſiſſe.vel p eū male ⁊ iique
interlocutū ſeu ꝓnunciatū fuiſſe Dictuꝫ q̄ꝫ
titiū bn̄ atqꝫ legitime ab eo appellaſſe. ſeu p
dictū titiū ab eadē interlocutoria p̄tenſa bn̄
⁊ legitime appellatū fore. Ipſumqꝫ ꝓceſſum
ſeu interlocutoriā p̄aſſertā iudicis ṗor꞉ caſ
ſandam ⁊ reuocandā eſſe ⁊ reuocari ⁊ caſſa
ri.Sentētiaſqꝫ excōmunicatōis poſt appel/
latiōem p̄dictā p eundē in dictū Titium de
facto lat̄.Et quidq̄d poſt appellationē eādē
p eundē iudicē vel ꝑtem aduerſarīj ī hm̄ōi
negocio i aliā ꝑtē vel ipſi⁹ appellātis p̄iudi/
cium fuerit attēptatū p modū innouati ſeu
attēptati.reuocari ac caſſari irritū.⁊ nulluꝫ
pronūciari.Et p̄dictū ſemproniū eidem ti/
tio in expenſis lit꞉ legitimis ꝯdēnari. Hec
petit ꝯiūctim et diuiſim ſaluo iure corrigē/
di vt eſt moris

¶ Libellus i cauſa appellatiōis interpoſite
a diffinitiua ſic formatur

¶ Corā vobis.⁊c̄.vt ſupra.ꝓponit ꝓcurator
nomīe ꝓcuratorio titīj appellātis aduerſus
ſemproniū appellatū.⁊ aliū quecūqꝫ ꝓ eo in
iudicio legitime interueniēteꝫ.Et dic̄ ꝙ nu
per in cauſa q̄ inter titiū ⁊ ſeyum p̄dictos ꝺ̄
⁊ ſup re tali vel debito tali vel eius occaſio
ne vertebat̄ in iudicio corā tali iudice.p̄po/
ſito.archidyacono vl̄ officiali.Idē iudex p̄
dicto Titio nō vocato de merit꞉ cauſe ſuffi
cienter nō cognito iure ⁊ iudiciario ordīe p̄
termiſſo ⁊ ex obrupto.⁊ p̄cipitāter ſnīam ſi
ſnīe nomē habere meret̄.ꝓ ſempronio predi
cto ⁊ ꝯtra eundē titiū tulit diffinitiuā. Ip/
ſumqꝫ titiū eidē ſempronio ad petita ⁊ nihil
ominꝰ in lit̄.expēſis ꝯdemnādo. vel eūdem
ſemproniū ab ipſi⁹ īpetitōe abſoluendo. Et
eidē titio ſup petit꞉ p eū imponēdo ſilētiū p/
peram ⁊ iniuſte.Et qr ꝓ ꝑte eiuſdē titīj a ſen
tētia p̄tenſa hm̄ōi tāqꝫ iniqua ⁊ iniuſta fuit ī
ſcriptis appellatū infra decē dies. vel in ꝯti
nēti poſtqꝫ ip̄a ſnīa nuncupata lata fuerat.
Priuſqꝫ q̄ꝫ iudex ip̄e ꝓferēs ad alia ſe diuer
teret.viua voce apud acta ad ſedē apoſtoli/
cam vel ad p̄dictū dn̄m ep̄m ſeu archiep̄m
⁊ eius curiā appellatū.ac apoſtoli congruo
modo petiti ⁊ recepti.Et hm̄ōi cauſe cogni
tio ⁊ deciſio p ſedē p̄dictā vobis demādata
ſi eſt delegat⁹.Idcirco ꝓcurator p̄dict⁹ noīe
quo ſupra petit.quaten⁹ ꝓnūcietis.decer/
natis.⁊ declaretis ſnīam p̄dictā fuiſſe ⁊ eſſe
iniquā ⁊ iniuſtā ꝑperā inique ⁊ iniuſte la
tam.Ipſamqꝫ caſſandā infirmandā irritan
dam ⁊ retractandā ⁊ reuocandā fore caſſa/
ri.infirmari tractari ⁊ reuocari debere.atqꝫ
caſſetis.infirmet꞉.retractet꞉.reuocet꞉ ⁊ irri/
tet꞉ ⁊c̄.p̄dictūqꝫ ſemproniū titio ſupradicto
ad petita ꝯdemnādū.⁊ ad traditiōem reſti/
tutionē ſiue ſpoliatiōꝫ ſiue ſolutiōem ad cō
demnādū ⁊ cōpellēdum.ac cōpellatis ⁊ cō/
demnet꞉ p veſtrā diffinitiuā ſnīam.Et hoc
ſi appellās fuit actor.Si fuiſſet reus dicat.
Ip̄m titiū a p̄dicti ſemproniꝫ impetitōe ab
ſoluēdū ac abſoluatis.⁊ eidē ſempronio ſilē
tium ꝑpetuū imponēdū ⁊ īponatis p veſtrā
diffinitiuā ſnīam.Aliq̄ petēdo ſic ꝯcludunt
Peto ꝓnūciari decerni ⁊ ꝺ̄clarari ſnīaꝫ p̄di
ctam cū oībꝫ inde ⁊ ob eā ſecut꞉ nullam fore
caſſam ⁊ irritā ip̄o iure.Vel ſi ꝓpter defectū
ꝓbationū vel al̄s appellauit ip̄am tāqꝫ iniu
ſtam caſſandā annullādam irritādam ⁊ in/
firmādam fore.Et tūc etiā in narratōne li/
belli ponit̄ quō ſnīa eſt lata ⁊ nulla ex talicā
ſic ꝙ ab ea neceſſe appellare nō fuiſſet.tamē
ad cautelā tātum.⁊ ne ip̄e contra quem lata
fuit eam ratificare intēderet.ſꝫ vt ſibi ꝓuide
ret ſaluo nullitatis bn̄ficio.ip̄e ab ea appel/
lauit.de quo in.c.dilecto.de appella.Et ibi
Oſti.tradit formā.

¶ Sup p̄mo libello appellatorio poſitōes
⁊ articuli poſſunt ſic formari

¶ Poſitiōes ⁊ articulos infraſcriptos ⁊ cō
tenta ac deſcripta ī eis. oīa ⁊ ſingula narra
tiue ⁊ diſpoſitiue dat facit ⁊ exhibet ꝓcura/
tor noīe ꝓcuratorio titīj appellātis in cauſa
appellatōis que int̄ eūdē titiū ex vna.⁊ ſem/
proniū appellatū ꝑte ex altera vertit̄ coram
vobis dn̄e iudice Quibꝫ oībꝫ ⁊ ſingulis per
ſemproniū p̄dictū petit rn̄deri ſigillatī ſuffi
ciēter ⁊ clare p iuramētum offerēs ſe nega/
ta neceſſaria ꝓbaturꝝ neceſſaria dūtaxat pro
batione ¶ In p̄mis ponit ⁊ ꝓbare intendit
ꝙ nup inter titiū ⁊ ſemproniū p̄dictos de ⁊
ſup fundo agro ſeu domo tali vl̄ tali debito

tot libꝛas denarioꝝ talis monete. coꝛam ta
li iudice ſuboꝛta ⁊ ſuſcitata fuit materia q̄ſti
onis. ¶ Uel ſic. In pꝛimis ponit ⁊ ꝓbare ī
tendit ꝙ Sempꝛonius p̄dictus p̄fatū Ti
tium de ⁊ ſuper tali re vel debito tali ⁊ eius
occaſione corā tali iudice in iudiciuꝫ traxit
Et in cauſam petēdo in libello pꝛetēſo quē
obtulit. eundē Titiū ſibi ꝯdemnari ⁊ com
pelli ad reſtitutiōem rei pꝛedicte vel debiti
ſolutionē ſupꝛadicti. Iteꝫ ꝙ in cauſa hmōi
coꝛam p̄dicto dn̄o iudice fuit ꝑ parte Titij
antedicti ꝑpoſitum excipiēdo ꝙ ⁊ libello pꝛe
aſſerto ex cauſa tali ꝑ parte ipſius Titij nō
erat reſpōdendū ac petitū hoc ꝑ pꝛedictum
iudicē pꝛonūciari. ⁊ ipm̄ Titiū a ſui inſtan
tia iudicij abſolui. Uel ꝙ poſitioni tali ipiꝰ
titij ꝑ eo quia impertinēs erat. nō fuit reſpō
dendū ⁊c̄. vt in libello. Item ꝙ iudex pꝛedi
ctus hmōi exceptionē admittere denegauit
vel eam nō eſſe admittendā ꝑ ſuā interlocu
toꝛiam p̄tenſamq̄ꝫ quā tulit in ſcriptis pꝛo
nunciauit vel eandē exceptōem tacite repel
lendo in cauſa p̄dicta ad vlterioꝛa ad actū
talem vel talē pꝛefate exceptioni ꝯtrariū ꝓ
ceſſit perperā ⁊ inique. Itē ꝙ ipe Titius ꝑ
hoc ſe grauatū ſentiēs ab hmōi admiſſione
denegatione ſeu repulſione. ⁊ nō admiſſiōe
dicte exceptionis ſue vel a p̄dicta pꝛetenſe ī
terlocutionis iudicis p̄dicti ſn̄ia tanq̄ꝫ iniq̄
⁊ iniuſta ad ſanctā ſedē apoſtolicā ⁊ ſanctiſ
ſimū in xp̄o patrē ac dn̄m noſtꝝ dn̄m Pau
lum papā modernū. vel dn̄m ep̄m vl' archi
ep̄m ⁊ eiꝰ curiā in ſcripis infra. x. dies appel
lauit. Itē ꝙ in appellatōe hmōi idem Titius
appellās apl'os a iudice p̄dicto inſtāter ⁊ cō
gruo tp̄e petijt ⁊ recepit. Itē ꝙ ſuꝑ appellati
one hmōi idē titiꝰ appellans memoꝛatꝰ pꝛedi
cte appellatōis ſue ꝓſecutōi inſiſtēs hmōi ap
pellatiōis cauſam infra tp̄s debitū ꝑ dictū
dn̄m noſtrū papā obtinuit vobis delegari.
¶ Uel ſic ſi ē oꝛdinariꝰ. dicat infra tp̄s debi
tum corā vobis introduxit. ⁊ al's circa ꝓſe
cutionē hmōi inſtetit ꝓut inſtat corā vobis.
Item ꝙ de p̄miſſis omnibꝫ ⁊ ſingulis fuit ⁊
eſt publica vox ⁊ fama. Et licet ſic poſſent
foꝛmari libelli ⁊ articuli ī cauſis appellatio
num an̄ diffinitiuā. tn̄ aliq̄ iudices ⁊ pꝛeſer
tim in curia romana nō faciūt dare libelluꝫ
⁊ articulos in hmōi cauſis. De quo an de
beant dari an nō no. de teſta. Raynal. ī glo.
⁊ ita ⁊ ſuꝑ ea. cū remiſ. Sꝫ in eis pꝛocedunt
iſto modo. ꝙ p̄mo ꝑs abſens citat̄ ad ꝓcedē

dum ⁊ ꝓcedi videndū in cauſa hmōi ꝓut dē
iure debeat ꝓcedi. Et ſi ꝑtes in hmōi termi
no cōpareāt ꝓducit appellās ſuā appellatio
nem ⁊ alia iura ⁊ munimēta fundātia iuriſ
dictiōem iudicis appellatiōem. videlicet fa
cienda ad deuolutionē cauſe. Quibꝫ pꝛodu
ctis citet̄ pars. vel ſi eſt p̄ñs dat̄ ſibi terminꝰ
ad dicendū ⁊ excipiendū ꝯtra appellatiōem
⁊ alia ꝓducta Deinde aſſignatur terminus
ipſis partibꝫ. videlicet appellāti ad iuſtificā
dum appellationē ⁊ impugnādū ꝓceſſuꝫ iu
dicis pꝛioꝛis. Et ecōtra ipi appellato ad iu
ſtificandū ꝓceſſum ⁊ appellatiōꝫ īpugnādū.
In cauſa aūt appellatiōis a diffinitiua ſn̄ia
ſeruat̄ oꝛdo iuris ſic̄ in p̄ncipali. qꝛ ibi arti
culus appellatiōis nō eſt ſeꝑatus a negocio
p̄ncipali. Et tūc ſic foꝛmant̄ poſitiōes et ar
ticuli. Poſitiōes ⁊ articulos ⁊c̄. In primis
ponit ⁊ ꝓbare intēdit ꝙ p̄dē de anno tali co
ram tali iudice p̄poſito vel decano vl' offic̄.
inter titiū actoꝛē ex vna ⁊ ſempꝛoniū ſupꝛa
dictos de ⁊ ſuꝑ domo vel fundo. vel ſuꝑ ta
li debito ⁊ eiꝰ occaſione ꝑte ex altera queſtio
fuit ⁊ cauſa ī iudicio vertebat̄. Itē ꝙ p̄dictꝰ
iudex in cauſa hmōi taliter qualiter ex ob
rupto ⁊ iure ⁊ iudiciario oꝛdine p̄termiſſo ꝓ
cedens cauſa ad plenum nō examinata. nec
ipo T. vocato ſn̄iam diffinitiuā. ſi ita nūcu
pari meret̄. tulit ꝓ p̄dicto Sempꝛonio et ꝯ
Titiū an̄dictū. ꝑ quā eundē Titiū eidē ſem
pꝛonio ad petita cōdemnauit. vel ꝑ quā ab
ſoluit eundē ſempꝛoniū ab impetitōe Titij
ſupꝛadicti. Eidē etiā Titio ſilentiū imponē
do ꝑpetuū ſuꝑ petitis ꝑ eū imponēdo ꝑpe
ram ⁊ inique. Itē ꝙ ab eadē ſn̄ia tanq̄ꝫ iniq̄
⁊ iniuſta perperā. ⁊ inique lata fuit ꝓ ꝑte ipi
us titij in ſcriptis infra decē dies vel in cōti
nenti p̄uſq̄ꝫ iudex ad actꝰ alios ſe diuerteret
⁊ eo adhuc ſedente pꝛo tribunali viua voce
apud acta ad ſedē apl'icā. vel ad dn̄m ep̄um
vel archiep̄m ⁊c̄. ⁊ ipſiꝰ curiā appellatū apo
ſtolicꝫ petiti tp̄e ꝯgruo ⁊ recepti. Itē ꝙ p̄di
ctus Titiꝰ appellās ⁊c̄. vt in foꝛma p̄cedenti
in alia poſitiōe. Item ꝙ de p̄miſſis ⁊c̄. Et ſi
poſt ſn̄iam vel appellatiōem interpoſitā ꝑ iu
dicē vel aduerſariū ī negocio aliq̄d eſt attē
ptatum ī pꝛeiudiciū appellātis ⁊c̄. De h̄ etiā
in articulis. Et poteſt ſic foꝛmari articulꝰ.
¶ Poſitiōes ⁊ articuli qn̄ aliquid attēptat̄
in p̄iudiciū appellātis. Itē ponit ꝙ poſt ſen
tentiam latā vel appellatiōem interpoſitam
iudex memoꝛatꝰ in negocio hmōi in ipſius

appellãtis ꝑiudiciū ꝓceſſit ad talē vel talem actū vel ĩ ipm appellantē tulit ſnĩam excommunicatõis de facto. vel p̄dictꝰ aduerſariꝰ appellatꝰ ipm appellantē domo vel fundo p̄dicto. ⁊ ipſiꝰ poſſeſſiõe ſpoliauit. vt ſupra in alijs formis

Exceptiões appellati contra appellantem

